AUTHOR:

SONNE, ERIC

TITLE:

DE ARBITRIS EXTERNIS

PLACE:

GOTTINGAE

DATE:

1888

Master Negative #

92-80620-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books       FUL/BIB   NYCG92-B32108          Acq Maintenance  NYCG-PT
FIN ID NYCG92-B32108 - Record 1 of 1
+
  ID:NYCG92-B32108            RTYP:a    ST:p   FRN:   MS:   EL:u     AD:05-07-92
  CC:9665  BLT:am      DCF:     CSC:d   MOD:   SNR:      ATC:        UD:05-07-92
  CP:gw      L:lat     INT:     GPC:    BIO:   FIC:0     CON:b
  PC:s      PD:1888/            REP:    CPI:0  FSI:0     ILC:        II:0
  MMD:      OR:    POL:    DM:     RR:         COL:      EML:      GEN:   BSE:
  040      NNC‡cNNC
  100 1    Sonne, Eric,‡d1864-
  245 10   De arbitris externis‡h[microform],‡bquos Graeci adhibuerunt ad lites e
         t intestinas et peregrinas componendas, quaestiones epigraphicae.
  260      Gottingae,‡c1888.
  300      127 p.
  502      Thesis--Gottingen.
  500      Vita.
  504      Bibliography: p. 6-9.
  LDG      RLIN
  QD       05-07-92
```

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4/8/93 INITIALS: my

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT






AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202





Centimeter




Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



Plautus Dissertations IV

DE ARBITRIS EXTERNIS, QUOS GRAECI ADHIBUERUNT AD LITES ET INTESTINAS ET PEREGRINAS COMPONENDAS, QUAESTIONES EPIGRAPHICAE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN
ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

ERICUS SONNE
VISMARIENSIS.

GOTTINGAE, MDCCCLXXXVIII.

UDALRICO
DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

PRAECEPTORI

GRATUS DISCIPULUS.

Nemo nostrum non iam meminit controversiae illius inter Germanos et Hispanos ortae de insulis, quae »Carolinae« vocantur. Diu tum inter populos illos disceptatum, saepe bellum conflatum iri visum est. Tandem ad Leonem XIII papam res delata est, qui arbitrio suo periculum imminens amovit. Omittam alia id genus exempla nostrorum temporum, quia satis nota sunt. Multo autem saepius quam viri, qui hoc saeculo praesunt rebus publicis, veteres hac ratione litis componendae usi sunt. Numerus locorum inde a Meiero (cf. p. 6 adn. 1) valde auctus est neque vir ille doctissimus exemplis collatis quae rationes subessent satis accurate exposuit, ita ut operae pretium esse videatur ea omnia enumerare et, quomodo inter se cohaereant, videre. Haec sit prior pars dissertationis meae, quam ipsam dividam in duo capita ita, ut prius complectatur causas earum civitatum liberarum quae nullo vinculo inter se connexae sint, alterum causas civitatum quae aut libertate non utantur aut cum aliis eiusdem societatis participes sint. Hac parte coniunguntur causae publicae; sed etiam causae privatae antiquis temporibus persaepe hac via disceptatae sunt ut ex parte medio quoque aevo in Italia et regno Francogallorum per magistratus illos, quibus nomen erat »Podesta«. Sed hi eas solas tractarunt causas, quae ortae erant inter cives eius civitatis quam ipsi regebant, non eas, quae erant inter duarum civitatum cives. Apud veteres alterius generis inveniuntur exempla permulta; quae cum ad id temporis a nullo collecta sint

conferam duobus alterius partis capitibus. Singulis locis adiciam, si quae excogitasse mihi videor de tempore aut de origine titulorum aut de ratione, qua lacunis medela adhibenda sit. Cum timerem ne typothetae nimis magnam praeberem difficultatem, non discrevi quae ab aliis viris iam prolata recte suppleta esse censui et quae ipse erui. Tum demum meas attuli coniecturas, cum alii fere nullam lacunam expleverint. Omnino uncis rotundis ( ) usus sum, ubi litterae omissae addendae erat, uncis fractis < > ut mendum exstare ostenderem, uncis quadratis [ ] ut lacunas explerem. Quo autem facilius tota res perspiciatur, primum omnia exempla enumerabo ex ordine temporis et primo loco ea, quae certe ad rem propositam spectant, secundo ea, quae fortasse simile aliquid amplexa sunt, tertio ea, quae contra viros doctos huc referri debere nego. Tum demum transibo ad contemplandas rationes communes, quas ut enuclearem mihi contigit. Satis tamen sit coacervare exempla ubi de Graecis agitur. Sed antequam ad ipsam rem accedam, id moneam locos ex scriptoribus coactos me imprimis Meiero (cf. i. adn. 1). debere, contra titulos ex lapidibus collatos exceptis locis perpaucis ipse collegi.

Jam partis primae aggrediar caput primum.[1])

A. cap. I.

Judices creati sunt aut, ut de certa quadam re iudicarent aut constitutum est in pactis ut, si in posterum discidium fieret, accirentur. Illas causas primo loco tractemus.

[1]) Ne saepius multum spatii conteram in indicandis libris, quos evolvi, et ut facile videatur quos inspexerim, statim eos afferam, postea compendiis notatis utar. Asterisco signavi eos libros, qui, etiamsi quis materiem eos praebere credat, tamen nulli usui fuerunt:

Arch. Österr. = Archäol. epigr. Mitteilungen aus Österreich, edd. O. Benndorf et O. Hirschfeld, Jahrg. 1—10.

I. Plut. qu. Graec. XXX. Chalcidenses et Andrii disceptant de Acantho urbe condita, cum Andrii eam teneant, Chalcidenses priores possedisse se autument. Itaque

Arch. Ztg. = Archäol. Zeitung, Jahrg. 1—43, 1843—1885.
Ath. = 'Αθήναιον, Jahrg. 1—10.
Bull. = Bulletin de correspondance hellénique, Jahrg. 1—11, 4.
Carap. = Carapanos, Dodone et ses ruines, Paris 1878.
Cauer = Cauer, Delectus inscriptionum Graecarum propter dialectum memorabilium ed. II. Lipsiae 1883.
Christ = Christ, Sitzgsber. d. Kgl. bayr. Akad. d. W. philos. hist. Klasse 1866.
C. J. A. = Corpus inscriptionum Atticarum vol. 2. 4. 1*. *3.
C. J. G. = Corpus inscriptionum Graecarum vol. 1—4,1, *4, 2.
Collitz = Sammlung der griech. Dialectinschriften ed. Dr. H. Collitz, vol. 1. u. II,1. Göttingen.
Conze = Conze, Reise auf Lesbos, Hannover 1865.
*Conze, Reise auf den Inseln des Thrakischen Meeres, Hannover 1860.
Curt. Progr. = Curtius, Inschriften und Studien zur Geschichte von Samos, Progr. Lübeck 1877.
Ditt. = Dittenberger, Sylloge inscriptionum Graecarum Lipsiae 1883.
Eph. arch. = Ephemeris archaeol., Per. I. II. III. 1887, 1.
Hicks = Hicks, A manual of greek historical inscriptions, Oxford 1882.
*Jahrbuch des kaiserl. Deutschen archäol. Instituts Jahrg. 1 u. 2 (1887. 1 und 2).
*Inscriptiones Graecae antiquissimae ed. H. Röhl 1882.
Journ. of hell. stud. = Journal of hellenic studies 1—7 (1886).
Keil. Sylloge = K. Keil, Sylloge inscriptionum Boeoticarum, Lipsiae 1847.
*K. Keil, zur Syll. inscr. B. (Jahrb. f. klass. Philol. Suppl. 4 Leipzig 1864).
*Larfeld, Sylloge inscriptionum Boeoticarum, Berol. 1883.
*Latichew, Inscriptiones orae maritimae.
Le Bas inscr. = Inscriptions grecques et latines, recueillies en Grèce par la commission de Morée et expliquées par Ph. Le Bas, cah. 1—3, 5 Paris 1837—1839.
Le Bas *1, 2, 3 = Le Bas-Waddington voyage archéol. en Grèce et en Asie Mineure fait par ordre du gouvernement français pendant les

Erythraeis, Samiis, Pariis iudicium concesserunt. Erythraei Samiique erant a partibus Andriorum, Parii a Chalcidensibus. Non contenti ea re Andrii etiam iuraverunt nun-

années 1843 et 1844 et publié sous les auspices du ministère de l'instruction publique Paris, Firmin Didot frères, fils et cie.

Mitt. Ath. = Mitteilungen des deutsch. archäol. Instituts zu Athen, Jahrg. 1—11 (1886).

Mus. Ital. = Museo Italiano di antichità classica, diretto da Domenico Comparetti vol. 1 und 2, 1. Firenze 1885 u. 1886.

Newton, *1, 2, 3, 1 = C. T. Newton, The collection of ancient Greek inscriptions in the Brit. Museum, vol. 1 und 2 Oxf. 1874 und 1883 vol. 3, 1 ed. Hicks Oxf. 1886.

Pap. = Archäological institute of America. Papers of the American school of classical studies at Athens vol. 1. 1882—1883, Boston 1885.

Ross arch. Aufs. = L. Ross, Archäol. Aufsätze 1 und 2. 1855 u. 1861. *Ross Hellenica, Halle 1846.

Ross J. G. i. = L. Ross, Inscriptiones Graecae ineditae 1—3, 1834—1845.

Ussing = Ussing, Inscriptiones Graecae ineditae, Hauniae 1847.

Barb. = Barbeyrac, Supplément au corps universel diplomatique du droit des gens contenant l'histoire des anciens traitez ou recueil historique et chronologique des traitez répandus dans les auteurs grecs et latins et autres monumens de l'antiquité depuis les tems les plus reculez jusques à l'empire de Charlemagne. Amsterdam u. Haag 1739, vol. 1, 1.

Boeckh-Fränkel = Boeckh, Staatshaushaltung der Athener ed. 3 ed. Fränkel, Berlin 1886.

Busolt = Jw. Müller, Hdb. der klass. Altertumswissenschaft in systemat. Darstellung mit besonderer Rücksicht auf Gesch. und Methodik der einzelnen Disciplinen, Nördlingen 1886 (5 Halbband, A die griech. Altertümer, 1. Staats- und Rechtsaltertümer von Dr. G. Busolt).

Egger = Egger, Etudeshistoriques sur les traités publics chez les Grecs et chez les Romains depuis les temps les plus anciens jusqu' aux premiers siècles de l'ère chrétienne, Paris 1866 ed. 2.

Gilbert = Gilbert, Handbuch der griech. Altertümer, Gotha 1881 u. 1885, 2 voll.

Heffter = Heffter, die athenäische Gerichtsverfassung, Cöln 1822.

Hermann = K. Fr. Herrmann, Lehrb. d. griech. Antiquitäten (1. Teil, Lehrb. d. griech. Staatsalt. ed. Bähr und Stark ed. 5), Heidelberg 1875.

quam aut daturos se esse Pariis uxorem aut ab iis ducturos. Accidit ca. 650.[2])

Hudtwalcker = Hudtwalcker, über die öffentlichen u. Privatschiedsrichter— Diäteten— zu Athen, Jena 1812.

Meier = M. H. E. Meier, die Privatschiedsrichter und die öffentl. Diäteten Athens sowie die Austrägalgerichte in den griech. Staaten des Altertums, Halle 1846.

Meier-Schoemann- Lipsius: = Meier- Schoemann, der attische Process, neu bearbeitet von J. H. Lipsius Berlin, 1883—1887.

Platner = Ed. Platner, der Process und die Klagen bei den Attikern, 2 voll. Darmstadt 1824 u. 1825.

Schoemann Alt. = Schoemann, Griech. Altertümer, 2 voll.[3] 1871 u. 1873.

Schoemann ant. = Schoemann, Antiquitates iuris publici Graecorum, Gryphiswaldiae 1838.

Sell = Sell, Recuperatio der Römer, Braunschweig 1837.

Thalheim = K. Fr. Hermann, Lehrb. d. griech. Ant. (2, 1 die griech. Rechtsaltertümer ed. Thalheim, Freiburg u. Tübingen 1884.

Bétant, An fuerint apud Graecos iudices certi litibus inter civitates componendis Berlin 1862, citatum a Newtonio 2, 299 p 90 a, Hicksio ad Newt. 3, 1 n 418 p 34 b Eggero cap. 2 adn. 2 et 4, p 67, 75 adn. 1; Foucartio in *Explications* ad Le Basii vol. 2 n 17 p. 10 doleo quod nactus non sum; neque enim exstat liber ille Gottingiae aut Berolini aut Monachi in bibliothecis aut inter dissertationes Genevenses aut Bernenses. Inde autem solacium capio, quod etiam Bürgelius = B. die Pyläisch-Delphische Amphictyonie, gekrönte Preisschrift, München, 1877 p 201 adn. 1 se hanc dissertationem frustra adipisci conatum esse dicit.

Ceteros libros, quos unius alteriusve tituli gratia adii, suis quosque locis annotabo.

[2]) Jam 743 aut 739 secundum Paus. 4. 5, 2 Messenii Lacedaemoniis proposuerunt ut de causis, quae utrisque essent ad bellum movendum scil. bellum Messeniacum 1, iudicaretur in amphictyonia Argivorum, quos finxerunt utriusque populi cognatos esse, aut Athenis in Areopago, sed hoc exemplum fictum esse apparet ex comparatione rerum historicarum.

II. Hdt. V. 95, Strab. p. 600, Diog. Laert. I. 4, 1, 74. Athenienses et Mytilenaei de Sigeo certantes, ne bellum fieret, Periandro Corinthio arbitro usi sunt, qui utrosque id quod tunc ipsum tenerent servare decrevit ca. sextum saeculum incipiens cf. Toepffer[3]) »quaestiones Pisistrateae« Dorpat 1886 pars II pp. 61—114 et Busolt griech. Geschichte I p. 515, Gotha 1885.

III. Plut. Sol. X, Ael. v. hist. VII 19 cf. quoque Diog. Laert. I 2. 2. 48, Arist. Rhet I. 15 § 13 p. 1375 Athenienses et Megarenses de insula Salamine e Lacedaemoniis petiverunt ut discernerent, qui ca. 570 (cf. Busolt griech. Gesch. I 546 adn. 1) quinque[4]) viros fecerunt iudices.

IV. Hdt. VI 108 Athenienses Plataeensesque cum societate Boeotia controversiam habebant, quod Plataeenses e societate recesserant. Ne bellum oriretur Corinthii, qui arbitros se commendaverant, exauditi sunt. Sed iudicio non satisfacti Boeoti ab Atheniensibus victi sunt saeculo sexto exeunte cf. Thuc. III 55 et 68.

V. Plut. Them. XXIV Corcyraeorum et Corinthiorum lis a Themistocle ita diiudicata dicitur esse, ut Corinthii viginti talenta penderent, Leucas communis esset possessio. Quod factum est ante 468.

VI. Thuc. I. 28 anno 435 de possessione Epidamni coloniae iudices proposita sunt urbes Peloponnesiae aut oraculum Delphicum[5]) a Corcyraeis sed Corinthii rem irritam fecerunt cf. etiam I 35 et 39.

---

[3]) Toepffer l. l. demonstrat quoque Diogenem Laertium de Ἀχιλλείτιδι χώρᾳ, non de Sigeo litem ortam esse dicentem ipsum se refellere.

[4]) Haasium ap. Ersch und Gruber allg. Encykl. III 21 p. 414 s. v. Phalanx adn. 18 quod hunc numerum cohaerere dicit cum numero ephororum errare puto, nam n. 67 p. 40 Lacedaemonii unum Charmidam ablegant et alii quoque populi non Dorici quinque legatis utuntur cf. C. J. A. 2. 593, 4. 22c p. 6, Mitt. Ath. 4. 210.

[5]) Oraculum Delphicum, cum Glos et Tachos morte abrepti essent,

VII. Zenob. III κσ' Mill. = II 67 Leutsch. Mnaseas narrat Buliam Atheniensem arbitrum accitum esse ab Eleis et Calydoniis[6]); quos cum sacramento adegisset, ut ne quid molirentur donec sententiam ederet, arbitrium usque ad mortem distulit. Tamen hic Bulias confunditur cum inepto oratore Syracusano Bulia, quem in mimo quodam finxerat Sophro (Demetr. de eloc. 153). Rem fictam esse in propatulo est. Zenobii excerptores nihil boni praebent praeter nomen *Βουλίας* in *Βούνας* pridem corruptum cf. quoque Zenob. II 86.

VIII. Thuc. V. 4. 1 Lacedaemonii et Argivi diu pugnaverant de Cynuria terra, anno autem 420 Argivi proposuerunt *ἐπιτροπὴν σφίσι γενέσθαι ἢ ἐς πόλιν τινὰ ἢ ἰδιώτην*, sed alia via in concordiam redierunt.

IX. Diod. XIII 43. 2sqq. anno 410 Segestani ut se a Selinuntiis tuerentur, qui, quamquam Segestani iis cesserant possessione agrorum qui ad id fuerant *ἀμφισβητήσιμοι*, etiam multo plura postulaverant, Hannibalem Hamilcaris Himeraei nepotem adierunt, qui simul cum iis per legatos Syracusanis arbitrium mandavit. Sed Selinuntii legatis missis arbitros eos recusaverunt.

X. Ps. Plut. ap. Lac. § 15. Athenienses temporibus Agesipolidis (395—380), Lacedaemoniorum regis, pro-

---

a Clazomeniis et Cymaeis aditum est de possessione Leucae oppidi quam Tachos in excelsa rupe prope mare exstruxerat. Oppidum illud et ob situm et ob templum Apollinis discordiam movisse videtur; nam certe eam ob rem solam dei sacrum commemoratur, quia ob magnam eo confluentem pecuniam possesio gravissima erat cf. Barb. 1,217 ad Diod. 15. 18.

[6]) Ps. Plut. prov Alex. 23 commendat Καλλιωναίους, Gronovius mutat in Κυλληναίους, Leutschius et Schneidewinius crucem posuerunt collato Zenobii loco. Idem Ps. Plutarchus praebet ἐπέτρεψαν δίκας νομίσαντες ἀναμένειν ἕως ἂν ἀποφῆναι; Wyttenbachius (Moral. 5. p. 3. edv. 1802) legit ὀμόσαντες id quod mihi probatur cf. Gaisford. e cod. Bodl. 217: ἐπεὶ ἤκουσε μένειν αὐτοὺς ἕως ἂν ἀποφήναιτο et n. VI Corcyraei usque ad editum iudicium indutias esse volunt.

posuerunt Megarensibus arbitrium commendandum esse de causis, quae sibi cum Lacedaemoniis essent, sed idem addit rem minime credibilem illum abnuisse, quod turpe ratus esset principes Graeciae iuris imperitiores esse Megarensibus.

XI. Polyb. II 39. 9 sq. Lacedaemonii et Thebani post pugnam Leuctricam de rebus, de quibus ambigebaut, ad Achaeos arbitrium detulerunt ob eorum virtutem maximam. Polybium secutus idem narrat Strab. VIII p. 384 cap. 7. Ceterum Grotius hist. of Gr. IX. p. 417 adn. 1 dubitat num revera haec res acciderit, quia neque litigantes Achaeis, qui tum minore potentia utebantur, rem delaturi fuissent neque omnino bellum esse desiit ullo tempore.

XII. Demosth. XVIII 134 Athenienses et Delii in inimicitiam se imbuerant ob templi Delii administrationem. Summa iudicandi vis utrisque consentientibus erat penes Amphictyones Delphicos[7]). Boeckhius hoc factum esse dicit 345, Schaeferus Dem. und seine Zeit II 350 anno 343.

XIII. Aischin. Ctes. p. 475 § 83 Philippus Atheniensibus anno 342 proponit *πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ ἐπιτρέπειν* arbitrium de Halonneso, sed repulsam tulit cf. etiam Hegesipp. Hal. pp. 78 § 7, 85 § 36, Dem. ep. Phil. p. 163, 12.

XIV. Plut. Demetr. 22. Cum Rhodii cum Demetrio anno 304 bellum contraxissent, ab Atheniensibus[8]) ita res sedata est, ut Rhodii Demetrio adessent contra omnes hostes excepto Ptolemaeo.

XV. C. J. G. 2265 Naxiis et Pariis causae erant ortae. Eretrienses per complures iudices rem exegerunt.

[7]) De Ps. Plut. ap. Lac. 230 D qui tradit iam antea Pausaniam Cleombroti filium de ea re iudicasse cf p. 27 ς'.

[8]) Diod. 20. 99 nominat Aetolos, iniuria ut videtur.

Σύλλυσις descripta, Apollini aliquod pretium sancitum est. Inventus est titulus, cuius litterae prae se ferunt quartum tertiumve saeculum, Deli; videtur igitur ibi positus fuisse, ne postea novum discrimen de eadem re existeret, de qua re vide p. 46. Detitulo ipso cf. etiam n. LIX.

XVI. Plut. Pyrrh. XVI debeo Eggero p. 68. Romani cur cum Tarentinis bellum gesserint notum est; eo in bello Pyrrhus vix appulerat ad Italiam, cum per praeconem Laevinum interrogavit, *εἰ φίλον ἐστὶν αὐτοῖς πρὸ πολέμου δίκας λαβεῖν παρὰ τῶν Ἰταλιωτῶν αὐτῷ δικαστῇ καὶ διαλλακτῇ χρησαμένους.* Sed Laevinus recusavit. Factum hoc 280.

XVII. Plut. Arat XXV Aristomacho tyranno necato cum Aristippus Argis tyrannide potiri vellet, Aratus cum Achaeis adversus eum auxilio advenit; sed res ad irritum cecidit, Achaei autem accusati sunt apud Mantineenses, qui Aratum absentem damnaverunt triginta minis cf. etiam Droysen Gesch. d. Hellenismus III^2 1, 441 sq. et adn. 1 qui id affert anno 240.

XVIII. C. J. G. 2905 *A-E*=Le Bas III 189—194 et 205=Cauer^2 178 et 179 a et b=Newton III n 403[9]). Samii

[9]) Diligentissime de hac quaestione egit Hicksius ap. Newton 3. pp. 1—27 omnesque titulos ad rem spectantes attulit aut typis expressit, addere poterat Suid. s. v. Βίαντος Πριηνέως δίκη et Diog. Laert 1. 5, 3 p. 84. Fugit eum Carium et Dryussam partes esse Batineti, id quod elucet si comparaveris Cauer 179 a v. 9sq cum C. J. G. vv. 22 sqq, Plut qu. Gr. 20 p. 295 F. Dittenberger 241 adn. 3 falso putat alteram partem agri fuisse Batinetum, alteram Κάριον. Cetera quae protulit Hicksius, probo omnia. Omitto igitur alteram de qua loquitur Waddingtonius sententiam Rhodiorum, omitto sententiam ab altero populo latam ante 188, quia eas nusquam editas esse demonstravit Hicksius p 2 adn. et p 5. Meier huc referri debere putat quod Bias C. J. G. 2254 et Plut. qu. Gr. p. 295 F. cap 20 eandem rem decidisse narratur; sed etsi haec sententia controversiam Samiorum et Prienensium tangit, aliena est ab opusculo meo, quia Bias non est iudex accitus ex

et Prienenses de Cario finitimisque regionibus diu litigaverant, tandem ca 240 Rhodii arbitri acciti Prienensibus eas possessiones dederunt. Sed ne tum quidem quieverunt adversarii; quare

XIX. C. J. G. 2905 F.=Le Bas III 195 sq=Newton III n 405, 6=Ditt. 241, 6 anno 188 Cn. Manlius Volso decemque legati agros illos Samiis assignaverunt secundum Dittenbergerum, qui nititur tituli v. 6 et Liv 38, 37 sqq; sed Livius pendet hoc loco accuratissime e Polybio, paullo tamen angustius rem narrat. Omisit enim quae Polyb. 21, 48. 1 inseruit: *οἵ τε δέκα καὶ Γναῖος ὁ στρατηγὸς .... τοῖς μὲν περὶ χώρας ἢ χρημάτων ἤ τινος ἑτέρου διαφερομένοις πόλεις ἀπέδωκαν ὁμολογουμένας ἀμφοτέροις, ἐν αἷς διακριθήσονται περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων. Τὴν δὲ περὶ τῶν ὅλων ἐποιήσαντο διάληψιν τοιαύτην* sqq. Et certe Volsoni permulta alia graviori erant curae. C. J. G. 2905=Ditt. 241 singula non commemorat, quod senatus non intererat uter tum iudicasset, Volso an urbes ab eo iussae, sed qui status tum creatus esset. Sed hoc iudicium senatusconsulto

XX. C. J. G. 2905 F.=Le Bas III. 195—198=Newton III 405=Ditt. 241 anno 136 restrictum et Rhodiorum sententia affirmata est.

XXI. Bull. IV p. 265 editus est a Beaudouino titulus quidam Carpathi inventus continens decretum, quo constituitur conciliationem factam a populo aliquo proponendam esse in templo Neptuni Porthmii. Editor aut unam civitatem insulae aut omnes Carpathios iudicasse putat, civitates litigantes aut fuisse et ipsas Carpathias

---

aliena civitate sed ipse Prienensis. Ob eandem causam praetermittam Paus 5. 16,5 discordiam Eleorum et Pisatarum e fabula a sedecim feminis Eleis, Paus. 6. 15, 2 Eleorum et Achaeorum a Pantarce Eleo, Paus. 6. 16. 8 Eleorum et Arcadum a Pyttalo Eleo sublatam, quos locos Meier p. 44 falso enumeravit. Acciderunt haec annis 582, 572, 431, 365.

aut, si omnes Carpathii discrevissent, externas. Sic enim titulus restituendus videtur esse inde a. v. 4 *ἑκ]ατέρας τᾶν πολίων παρ[α]καλουμένας [μεσι|5τ]ε[ῦ]σα[ι] ν[ο-μο]γραφίαν <δ>ὲ ποιήσασθαι ἐξᾶ[ς |6 εἶ]ς τ[ὸ]ν ἀεὶ χρόνον παράσαμον ἀπε[ι]θέ[οντας δ]<ὲ> |7 [ε]ἰς [τ]ὰ ἄλλα μεσιτεύοντος τοῦ δάμου [ἁμῶν |8 συλλύ]ειν αὐτοὺς ἐφ' ὁμολογουμένοις [προθύ|9μ]ως δὲ ἐπακούσαντες τοῖς ὑπ' ἁμῶ[ν παραι|10ν]ουμένοις συνελύθησαν ἐπὶ τ[ούτοις ὅπως ἁ |11 σ]ύλλυσις ἅδε ἀναγραφησ[εῖ*[10]*) ἐ[ν τῷ ἱερῷ τοῦ] |12 Ποσειδῶνος τοῦ Πορθμίου.* Scriptura est tertii vel alterius saeculi cf. quoque n. CXVIII.

XXII. Mitt. Ath. IV. pp. 208 sqq=Collitz (Fick) 1432 edd. R. Weilius et Lollingius. Hi duo tituli coniuncti continent arbitrium inter Hypataeos et Erythraeos prope Thermopylas factum a quinque iudicibus Oechaliensibus de monte aliquo brevi post 198.

XXIII. Le Bas II. 228=Cauer 30. Geronthraei et altera civitas *δίκας* habebant, iudices erant complures electi e *κοινῷ Εὐβοέων* (scil. unus Eretria, scriba Carysto est). In *κοινῷ τῶν Λακεδαεμονίων* urbes inter se convenisse videntur de tribunali externo. Cauer quo iure dicat Foucartum de aetate nihil certi affirmasse, nescio. Foucartus enim ob dialectum hunc titulum multo antecedere scribit aetate titulum 242a i. e. tempus Sullanum. Termini certi sunt 195 et 146; nam *κοινὸν Εὐβοέων* fuisse Philippo regnante neque traditur neque probabile, item post 196 vix fuerit statim institutum; *κοινὸν Λακεδαιμονίων* non fuit cum sub tyrannis essent civitates Laconicae maritimae i. e. non ante 195; anno 146 societates sublatae sunt a Romanis. Etiam hoc maximam partem suppeditavit

---

[10]) De hac forma v. Blass Rh. Mus. 1881 p. 612 et Cauer 120 v. 19. Supplementa vv. 4—7 debeo Wilamowitzio, inde a v. 8 mea sunt; de parte dubitari potest cf. παράσαμον.

mihi Wilamowitzius. Qua cum aetate convenit scriptura tituli; forma litterarum *A, Γ, Y. ι* adscr. interdum omissum resipiunt alterum saeculum, ergo Caueri opinio de terminis 220—200 falsa est. Judices solitis *προξενίας* et *εὐεργεσίας* honoribus ornantur cf. etiam n. CXIX.

XXIV. Le Bas II. 17, Tyrrhenses et Cassopaei commoti ab Achaeis et Boeotis constituerunt e Megarensibus[11]) petere, ut iudices mitterent de portu quodam Panormo aliisque locis. Achaei mittunt legatos *αἱρε]τοὺς πλουτίνδα καὶ ἀριστίνδα* cf. Gilbert II. p 116 adn. 1. De aetate conicio haec. Romani non commemorantur; ideo, quod etiam scriptura docet, titulus factus est ante 146. Contra Megarenses anno 243 accesserunt ad foedus Achaicum, anno 243 antiquior scriptura non est. Mentio fit magistratus Megarensis »*βασιλεύς*«, qui non fuit cum Achaei inessent in societate Achaeorum (243—223) et Boeotorum (223—192) cf. Gilbert II. p 61 adn. 3, p 71, p 123 adn. 2 et Droysen Gesch. d. Hell. III^2, 147, et III^2 2, 111. Anno 146 secundum Polybium 39, 8, 3 Megarenses erant in societate Achaica. Nusquam Boeoti orassent socios, ut Megarenses eligerent iudices, dum illi socii Achaeorum erant, quippe qui a Boeotis ad Achaeos defecissent. Puto igitur Megarensss inter 192 et 146 excessisse e foedere Achaico; tum et Boeotii et Achaei sperantes Megarenses hac benevolentia motos iterum secum vires coniuncturos esse eos commendarunt iudices. Potest autem etiam cogitari de annis 225—220; nam tum Antigonus fere omnes Grcecos coniunxerat una societate, inter quos etiam Achaeos, Boeotios, Megarenses cf Droysen Gesch. d. Hell. III^2. 2, 118, 160 sq; sed haud probabile est futurum fuisse ut

[11]) Titulus Pagis inventus est, tamen recte cogitant viri docti de arbitris Megarensibus, quia Pagas certe neque ab Achaeis neque a Boeotiis homines nobilissimi ditissimique missi essent. Βασιλεὺς etiam Pagis est magistratus Le Bas II 12 = Cauer 104.

Megarenses tum ab utrisque commendarentur quia usque ad 223 stabant ab Achaeis, deinde a Boeotiis.

XXV. C. J. G. 3598 Ilium et urbes finitimae discrepant de aliqua re. Boeckhius cogitat de agro, quia ante instauratam urbem dicionem Iliensium habuissent Aeoles. Iudices sunt Rhodii, Delii, Parii. Civitates et iudices laudantur, coronantur Panathenaeis, titulus ponitur in templo Minervae et omnium deorum, alia. Factum ca. 188 secundum Boeckhium, sed certe erui non potest.

XXVI. Bull. V. 101 sq. est titulus Mylasius. Puto cum Hauvette-Besnaultio et Duboisio Stratonicenses agros quosdam tribui Mylasiae demere voluisse; arbitri munere functus est fortasse senatus Romanus, cuius mentio ultra 189 recedere nos vetat. Item atque Bull. IX. 246 sq. (n. XXXIII.) homo laudatus effecerat ne paene iam devicti inferiores abscederent. Suppleo in initio haec. ut meam firmem sententiam: *Ἐπειδὴ ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος ἐπεὶ ἡμεῖς Στρατονικεῦσιν ἐκ πολλοῦ χρόνου ἠμφεσβητοῦμεν περὶ ..... χώρας καὶ τὸ τελευταῖον εἰσήλθομεν εἰς τὴν σύγκλητον καὶ μικροῦ τὴν ἀμ|φισβητουμένη]ν χώραν καὶ ἀπὸ [τῆς σ]υγκλήτου δ[όγματος| ἔλαχο]<ν> Στρατονικεῖς εἰσεφέρετο στουδήν ὥστε| [μόνον] τοῦτον κ. τ. λ*[12]) cf. etiam n. XCVI.

XXVII. Polyb. XXII, 19. Anno 184 Gnosii cum Gortyniis litem inierant de agris, sed finis impositus est discordiae ab Appio Claudio legato Romano, cui *πεισθέντες οἱ Κρηταεῖς ἐπέτρεψαν τὰ καθ᾽ αὑτούς*. Jam tum igitur Romani etiam in Creta magnas agebant partes sed nihil iis ibi erat potestatis; persuadent Romani

[12]) Sub finem haec legi velim: σὺν διαπεφύλακχεν τῇ πόλει| [τοὺ]ς νόμους καὶ τὴν ἀπὸ [νόμων σωζομέν]ων ἀσφάλειαν ὥστε ἕκαστον ἔ|[χειν] τὴν <ὑ> πὸ τῶν κρινα[μένων ἀμελουμέν]ην ἀσφάλειαν τοῦ βίου [πᾶ|σαν καθὼ]ς ὑπὸ τοῦ νόμο[υ λαμβάνει πολλ]ὴν ἀσφαλει-[α|ν] τ[ο]ῦ βίου ....

Cretensibus, defertur ad eos arbitrium ex litigantium voluntate.

XXVIII. Bull. VI. p. 356—387 *A* et *B* ed. Latichewius. Melitaeenses et Narthacienses litem contraxerant de agro publico et loco vasto, de quibus iam saepius diiudicatum erat. Omissis Medio, Thessalis, Macedonibus iudicibus varias causas enarrem:

1. Flaminius[13]) decemque legati dederant agros Narthaciensibus. Tempore parvo interiecto

2. senatus Romanus de eis iudicium ediderat Narthaciensibus iucundum. Auctor nescire se fatetur, quid sibi velit senatus consultum et p. 379 »le fait, inquit, que les contestants s'adressèrent à l'arbitrage des villes grecques avant d'exposer leur affaire au sénat ne nous permet pas d'admettre qu'il s'agisse ici d'un autre S. C. édicté quelque temps apres 196.« Hoc non intelligo ob n. 1. Suppleo igitur *B* v. 14 *κ[αὶ] π[άλιν*. Videntur etiam verba *B* v. 28 *ὅσα κεκριμένα ἐστὶν* sqq. significare post Flaminium iam saepius de iis rebus diiuticatum esse. Item steterant a Narthaciensibus

3. Samii, Colophonii, Magnetes tertio anno antequam

4. senatus Romanus[14]) iterum nostra inscriptione sententiam iis opportunam fert secundum editorem inter 150 et 146.

---

[13]) Quodsi uterque populus eos agros possidentem Romanorum amicum factum se esse contendit, ego suspicor Melitaeenses cogitasse de anno 196, ubi omnes Graeci libertate donati sunt, ipsi autem agros etiam habebant — nam postea demum Flaminius res Thessalas in ordinem redegit —, Narthacienses contra de statu facto a Flaminio cf. Liv. 34, 48.

[14]) Ceteras causas, quas Romani post 196 in Graecia diiudicaverunt, non tangam, quia non tam arbitrio quam potentia deciderunt neque uterque litigans sed unus eos adiit. Sunt iudicia de Lacedaemoniis et Megalopolitis 164 (Polyb. 31. 9, 7, Paus. 7, 11, 1—3), de Lacedaemoniis et Achaeis annis 148, 147, 146 (Paus 7, 12, 4 sqq; 12, 9; 13, 2; 13, 5; 14, 1—3; Polyb. 38, 9, 1—6); de Eumene et urbibus Thraciae, de Philippo et Thessalis, Perrhaebis, Epirotis anno 185 (Polyb. 22, 1, 2—4; Paus. 7, 8, 6), de Philippo et Thessalis, Perrhaebis, Epirotis, Athamanibus, Illyriis anno 184 (Polyb. 23, 1, 8—2, 10), de Lacedaemoniis et Achaeis bis anno 184 (Paus. 7, 9, 3—5), neque tango Romanorum arbitrium de Antiocho Syrio et Ptolemaeo Philometore anno 168 (Polyb. 29, 3, 4, Euseb. chron. 1 p. 161 Schöne, Justin ex Pomp. Trogo 34, 2 -3), de Prusia II et Attalo II anno 153 (Appian b. Mithr. p. 298 sq. Polyb. 32, 28, 5; 33, 19; 12, 2 sq; 13, 4 sqq).

XXIX. Pap. I. 9 Mylasenses, Alabandenses, duae aliae civitates, quas adfuisse reliquiis duarum coronarum demonstratur, honorant corona Laanthem Prodici filium, Assium—Assi enim titulus inventus est—qui inter illas civitates iudicavit cf. initium *Λα(ά)νθην Προδίκου δικάσαντα.* Scriptura est alterius saeculi, item atque nn. XXX — XXXIII, quorum aetas accuratius definiri non potest.

XXX. Newton III. n. 412 ed. Hicks. Milesiorum et Prienensium de finibus discordiam amoverant Smyrnaei iudices. Putat Hicksius quibusdam de causis accidisse hoc Ptolemaeo III. regnante (247 — 221), qui adversarios fortasse excitasset ut eorum iudicio rem mandarent. Wilamowitzius annotavit ad exemplar suum »litterae proconsulis«, cui maxime assentior; nam vide modo formam litterae *Γ* quae non est saeculi tertii. Neque omnino reges (cf. i. nn. LII., LIII., LV.) tam diligenter quam hic factum est tales causas curare soient. Neque vero proconsul ille Smyrnaeos iudicare iussit sed alios viros cf. v. 9 *ὁρισταί*, nam Smyrnaei, si iussi essent, et ipsi terminos fecissent. Res similis fuisse videtur atque n. XX. Judicaverant Smyrnaei aliquot annos antea et a proconsule, cum novum discidium ortum esset, restituta est eorum sententia.

XXXI. Bull. III. 292 sqq. Cauer 120 docemur cum

a) antea, tum

b) exeunte saeculo altero inter Latios et Olontios

permissum esse arbitrium Gnosiis. Judicium fieri decernitur sex mensibus, erigi Lati, Olonte, Gnossi, Deli[15]).

XXXII. Bull. V. 150 n. 1 J. Martha refert ad controversiam inter Messenios et Megalopolitanos de agro, frugibus, pecunia pro pascendi iure danda. Reicit editor nos ad Le Bas 328 a = Cauer 45 (n. XL.), sed iniuria, si modo disceptant Messenii et Megalopolitani; Cauer 45 enim litigant Messenii et Phigalenses apud Aetolos. Praeterea species litterarum *ΑΓ* est alterius, non tertii saeculi ut Caueri l. l. cf. Reinach traité d'épigraphie *grecque Paris* 1885 p. 204 cf. quoque infra p. 42. Sed erravit Martha etiam de adversariis; sunt revera Messene et Phigalenses apud Megalopolitanos, nam vv. 4 sqq. ita restituendi sunt *τοὺς [Φ]ιαλεῖς κ<ρ>ίσεις [ἐ]ν(ε)στα<κ>ότα[ς ἐκ τούτου Μεσ σα]νίοις περὶ τᾶς [χ]ώρας ποτὶ Μεγαλοπολίτας εἰ]ς τὰν τῶν καρπῶν ἀπόλα[υσιν τῶν ὄντων ἐπὶ τᾶς] κρινομένας χώρας κα[ὶ* .....

XXXIII. Bull. IX 246 sqq. Zarachios alteramque civitatem in litem incidisse de agris aquis portu eruit Mylonas; paene iam civitas Zarachia apud Tenios iudices vicit[16]), cum Zenonis filiis auctoribus adversarii superiores evasere. Scripserim enim ego v. 10 sqq: *δικαιολογηθέντ[ων καὶ νι|κᾶν μελλόντων] τὰγ κρίσιν Ζαραχίων [ἐπὶ τῶν δικαστῶν τ]ῶν ἐκ Τήνου τῶγ περὶ [τὰν] ἀμφισ-*

[15]) Homollius p. 301 cum intra triginta dies legationem Delum rofectam esse dicit ut curaret columnam exstruendam cui iudicium insculperetur, tum manere iussam esse dum illud afferretur, errat, nam falso legationem vv. 25 sqq. nominatam rettulit ad vv. 16 sqq, non, uti debebat, ad legationem alteram vv. 23 sqq. Homollii sententia per se verisimilis non est, quia non videmus cur illi legati tam diu Deli manerent nec potius qui iudicium et novas res ad id additas attulerant id insculperent? Prima legatio statim mandato exacto de erigenda stela rediit.

[16]) Si Mylonae lectiones amplecteris, num duo fuerint iudicia discernere non potes. Mihi autem, si modo erant duo, hoc expressis verbis addi debuisse videtur.

βήτησιν] τᾶς χώρας λαβόντων [ἁμ ῶν δίκην καὶ κιν]δυνευόντων ἁμῶν κ[ρ]α[τεῖ|σθαι καὶ τὰν χώρ]αν ταύταν ἀποβαλεῖ[ν καὶ εἰς μεγάλην ἀπορί]αν ἐμπεσεῖν ὁμοίως ἀ[νθι|στάμενοι παρὰ τοῖς δι]κασταῖς παραγενόμε[νοι| καὶ δικαιολογ]ηθέντες ἐνίκασαν τὰγ κρ[ί σιν καὶ ἡμᾶς ἀπ]ηλευθέρωσαν τᾶς αἰτ[ί|ας τᾶς περὶ τᾶς] χώρας .... Altera civitas quia titulus in Asopo tribu detectus est fortasse erant Cotyrtaei. cf. quoque p. 42 de aetate.

XXXIV. Ath. II p. 479 sq. Pagaeis et alteri civitati discrepanti de locis quibusdam iudicium ferunt quinque Achaei et unus aut plures Sicyonii, quod Cumanudes ponit in aetate Romana ob scripturam cf. quoque p. 42. Laudantur eam ob rem Achaeorum magistratus et populus, Sicyonii item; expleo v. 23 s. f. *ἐπαινέσαι δέ*, v. 24 *καὶ [τῶν Σικυωνίων δικαστάς*. Titulus in publico proponitur, iudicibus datur immunitas importantibus exportantibusque, proedria in ludis, *ἐξουσία*? ...., v. 29 sq. suppleo *διδόσθαι δὲ [αὐτῶν ἑκάστῳ καὶ ἀντί|γραφον τούτου τοῦ ψηφίσματο]ς*.

XXXV. C. J. G. 2561 b. Res mihi haec videtur fuisse. Inter Hierapytnios et Itanios quae erat de terra quadam firma et Leuce insula discordia antiqua denuo orta est post Ptolemaei Philadelphi obitum, sed Hierapytnii bello victi videntur esse, nam priores adierunt Romanos cf. v. 49 *καὶ Ἰτάνιοι*, id quod significat iam antea Hierapytnios Romam petisse. Statim imminentis periculi causa Romani miserunt Servium Sulpicium, qui bello finem imponeret. Is effecit, ut etiam Itanii senatui decisionem mandarent; quo facto cum dogmate ablegatus est Q. Fabius. Nam Sulpicius Romam reverterat. Non credo utrumque de eadem re decidisse; neque enim commemoratur, num et cur alterius sententia sublata sit, neque belli novum initium negligi potuit in decreto; Boeckhius falso putans Q. Fabium iam multis ante Sulpicium annis venisse refellitur ordine, quo res

narrantur. Sed etiam postea iterum discordia excitata iterum

XXXVI. senatui res data est ad diiudicandum qui Parios arbitros elegit, quorum sententia servatur C. J. G. 2561b. Parii sedecim iudices item atque Fabius ex senatus consulto agros ita dividendos esse censuerunt atque ante bellum ortum fuissent. Pro *τῇ προ[θεσμίᾳ* v. 51 legi velim *τῇ προ[τεραίᾳ* et ut nexus aptus eveniat v. 50 *δοθέ[ντο]ς δὲ [π]α[ρ' ἑκα]τ[έ]ρας πόλεως καὶ τοῦ πρότερόν τε καὶ νῦν δόγματος τοῦ περιέχοντος* verbis *καὶ τοῦ* transpositis ut errore lapicidae falso ante *δόγματος* insertis. De aetate plane dissentio a Boeckhio, nam et sermo est maxime Graecus et nomina iudicum sunt Graeca et permulta fiunt in Cretensium gratiam ut etiam noctis partem iudices adhibent; quae suspicionem excitant titulum deberi alteri saeculo, cum Creta nondum in provinciae formam esset redacta. Pervincit quod Mommsenus Eph. epigr. I pp. 223—226 ostendit usque ad 150 consulem versum esse per *στρατηγὸς ὕπατος*, inde ab 150 per *ὕπατος* quocum conferas l. l. v. 10. *στρατηγοῦ ὑπάτου* Proximus post Philadelphum mortuum consul fuit S. Sulpicius, anno 143 puto eum abisse Cretam. Anno 143 Q. Fabius Maximus Aemilianus[17]) triumphavit de Viriatho, exeunte eo anno Cretam profectus esse potest. L. Calpurnius Piso Caesonius consulatu functus est anno 112, L. Calpurnius Piso Frugi anno 133. Piso Frugi magis se commendat ob Mommseni observationem.

XXXVII. Arch. Österr. X. 2 p. 197 sqq. Constantinus Jirecek recte dicit agi de bello in finibus Scytharum

---

[17]) De hoc cogito, quia litterae servatae ΦΑΒΙΟΝΑΠ.ΙοΝ multo magis aequant ΦΑΒΙΟΝ (Μ) Α <ΞΙ> ΜοΝ quam ΦΑΒΙΟΝ Λ [ΑΒΕΩ]-Ν [Α quod Boeckhius proposuit, nam temporis ratio maxime mihi secunda est. Q. Fabium Appium nomen esse neganti Boeckhio nemo obsistet; haud minus displicet Q. Fabium, Appium [Claudium] ob omissam particulam *καί*. Vv. 10—17 sic ratituo: εὐκτὸν μὲν ἦν [τοὺς συμ|μάχους

gesto, rem ipse non tangit. Videlicet Apolloniatae laudantur, quia iudicem dederunt qui discerneret inter Callatianos et alteram civitatem per *Σ* v. 10 incipientem (Stratonis est urbs finitima apud Sprunerum tab. XVII) qui res ordinavit. Pro eo merito vocatur in prytaneum, titulus publice proponitur Callatide[18]), oratur ut etiam Apolloniae statuatur in templo Apollinis. Aetatem demonstrat editor esse ca. 133.

XXXVIII. C. J. G. 2152 b. p. 1018=Le Bas II 1609. Alexandrinos Troadis alteramque civitatem iudicio lato conciliaverunt Carystii duo iudices qui scribam secum duxerunt; iudices et scriba laudantur, coronantur coronis aureis, permittitur iis columnam exstruere Alexandriae, ipsi et posteri civitate aequa donantur, exemplar decreti Carystum mittitur. E scribendi ratione factum saeculo primo. Dubitat Wilamowitzius num agatur de Alexandrinis quibus nulla cum Carystiis cognatio est (cf. v. 9 *συνγενικὰ δίκαια*), fuit certe magna urbs (v. 8), incipiens per *A* (v 4) exiens in *ανδρ* [*εια*? v. 4], inter quas litteras fere tres litterae exciderunt.

Fortasse exempla eiusdem generis sunt numeri XIL—XLIII.

καὶ φίλους] ἡμῶν εἰς μηδεμίαν φιλονεικίαν καὶ πλεόν<εξί>[αν εἰςελθεῖν καὶ τῶν| ἑτέρων ἀγρῶν ἐφ]ίεσθαι, μετ' εἰρήνης δὲ καὶ τῆς πάσης ὁμονοίας [διὰ παντὸς χρόνου τὴν| πρὸς ἀλλήλους] διαφυλάσσειν εὔνοιαν, ἐπειδὴ οἱ καιροὶ πολλ[ῷ ἐπικινδυνότεροί| εἰσιν ἢ ὥστε τοὺ]ς συνγενεστάτους εἰς διάστασιν τὴν πρ[ο]α[παγγελθεῖσαν εἰςελθεῖν ἀλλὰ| ἐπιτήδειον εἶναι π]ᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐν φιλίᾳ διαλύειν, ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς [ἐστιν ἑκάστῳ τρό|πῳ πάσας τὰς παρελ]ή[λ]υθυίας ἔ[χθ]ρας, ὅθεν καὶ τὰ νῦν εἰς τὴν μεγ[ίστην εἰσῆλθον φιλονει|κίαν ὁ δῆμος ὁ Ἰτανί]ων καὶ Ἱεραπυτνίων.

[18]) Suppleo vv. 8 sq. [κίν|δυνον ἐκκλίνων ὑπὲρ τοῦ τ]ῷ δήμῳ τι τῶν ποτὶ [τοὺς ἐν|αντιουμέν]ο[υς ἐκπ]ονῆσαι, v. 26 editoris supplemento πρὸς praetulerim ποτί, vv. 36 sqq. excogitavi τὸν μῆνα τὸν [ἐσόμενον| ἀπ]οδεῖξαι τόπον ἐν τῇ ἀγορᾷ [ἐπιφανῆ| εἰς] ὃν ἀνατεθήσεται [τόδε τὸ ψήφισ|μα τὸν δ]ὲ [ἀ]<γ>ών[οθέτην.

XIL. Ps. Plut. Parall. p. 305,3 Argivi et Lacedaemonii de Thyreatide discordes mandato Amphictyonum de ea pugnaverunt. Deinde cum ob dolum Othryadis illius iterum contenderent Amphictyones inspecta re Lacedaemoniis agrum adiunxerunt. Dubito de hac re, quia Hdt. I 82, Paus. II 38,5 de Amphictyonibus tacentes Lacedaemoniorum et Argivorum trecentos ex composito de eo pugnasse tradunt, deinde magno proelio cum res in dubium revocata esset Lacedaemonios Thyreatide potitos esse. Accidit hoc primo saeculi sexti dimidio.

XL. C. J. G. 1534 secundum Boeckhium est distributio agrorum inter Megalopolitanos eorumquc adversarios, contra Wilamowitzius agros privatos et publicos agi putat nisus v. 7 sq. *μη]θενὶ ἐπιβάλλειν καὶ νεμόμεθα τὰ χωρία τὰ ἐπὶ τοῦ νομο* (Boeckhius dedit *τὰ σείτου? νομο*) et v. 14 sq. *περὶ [ὧ]ν προεκαλέσαντο Ἀριστόδαμος* .... *δαμόσια* vel *δαμοσία*. Aetas est ca. 280 secundum Boeckhium.

XLI. Le Bas II 328 a=Cauer 45 est pactum inter 250 et 222 factum. Aetoli petunt ut concilientur Messenii et illi; et contigit. Num Aetoli pacti condiciones proposuerint, non intelligitur.

XLII. Le Bas III 423 et.

XLIII. Le Bas III 424 editor refert ad »*arpentage, vente et location*«, Waddingtonius ad controversias de finibus, cui ego assentior. Tituli Mylasae inventi sunt. Scriptura non est antiquior altero saeculo.

XLIV. Arch. Österr. X 2, 190 effossus prope Caliacram in Scythia Minore. V. 9 Constantinus Jirecek supplevit *Καλλ]ατιανῶν*, v. 4 ego *ΟΡΟΕ* aut *ὅρος* aut *ὅρος* esse puto. Quod si ita est, titulus litem continet Callatianorum et alterius civitatis. Eo quoque spectat v. 3 *τ]ὰ νείκη*, si recte hoc erui. Caliacrenses fortasse erant iudices. Forma litterae *Σ* quadratae nos impedit ne primo saeculo inscriptionem antiquiorem esse censeamus.

Saepius pacta sunt facta in eam condicionem, ut discordiae tempore futuro ortae deferrentur ad tertiam urbem, quae continentur nn. XLV—XLVII.

2.

XLV. Thuc. V 18, 4 Athenienses et Lacedaemonii anno 421 pepigerunt ut de discordiis futuris uterentur urbe tertia cf. VII 18, 3. Sed hoc pactum Athenienses neglexerunt.

XLVI. Thuc V 79 est foedus Argivorum et Lacedaemoniorum quod V 59, 5 Argivi Agidi proposuerant. Recte Meier pp. 40 sq. ita explicat cap. 79 §§. 1 sq.: si altera pars alteram offendisset ita, ut de culpa ipsa et quanta esset sententiae diversae non essent, tum rationem reddendam esse secundum morem, contra Blomfieldium et Popponem. Contra §. 4 verba *αἰ δέ τινι* ..... *διακριθῆμεν* haud suo iure rettulisse videtur ad civitates non socias his verbis »für die Streitigkeiten der letzteren wird blos bestimmt, dass, nicht aber, wie sie gerichtlich entschieden werden sollten (wobei man freilich nicht eben absieht, mit welchem Recht Sparta und Argos sich herausnehmen durften, über die Streitigkeiten zwischen allen Staaten innerhalb und ausserhalb des Pelop. Verfügungen zu treffen, wie sie die Erwartung hegen konnten, dass diese Staaten sich durch solche Bestimmungen würden gebunden glauben«. Ecce ipse dubitat. Proximis verbis agitur de controversiis ortis inter civitates socias et cives civitatum inter se; antea igitur, cum nihil desit aliud, sermo videtur fuisse (cum Arnoldio ed. II Oxf. 1841) de discordiis, quae inciderent inter civitatem sociam et non sociam sive in Peloponneso sive extra eam. Arnoldius nihil mutavit; quis tum sententiam intelligeret? Legi itaque velim *Αἰ δέ τινι τᾶν πολίων πόλι ἦ ἀμφίλογα ἢ τᾶν ἐντὸς ἢ τᾶν ἐκτὸς*

Πελοποννάσω αἴτε περὶ ὅρων αἴτε περὶ ἄλλου τινὸς διακριθῆμεν.[19]) *αἰ δέ τις τῶν ξυμμάχων πόλις πόλι ἐρίζοι, εἰς πόλιν ἐλθεῖν ἄν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πολίεσσι δοκείοι.* Hoc extremum nostra interest. His eisdem condicionibus societas illa quae vocatur »Peloponnesischer Bund« nisa est. Foedus quod tractavimus erat anno 417. Sed hanc legem illi societati fuisse et observatam esse novimus ex Thuc. V 31. Elei enim et Lepreatae discordes eo, quod Lepreatae talentum annuum debitum templo Olympio non solverant, Lacedaemoniis iudicum munus tribuerunt, sed timore capti ne Lacedaemonii iniuste discernerent Elei subito recesserunt agrumque Lepreatarum vastaverunt, quo facto Lacedaemonii Lepreatas quibus secundum ederant iudicium praesidio tuiti sunt annis 421/20.

XLVII. Ergebnisse der Ausgrabungen von Pergamum III in »Jahrbuch der Kunstsammlungen etc.« p. 54 editor M. Fraenkelius scribit haec: »Etwa in das 1. Jahrhundert verweist die Schrift eine grosse Urkunde, eine unter Vermittelung von Pergamum zwischen Ephesos und Sardes abgeschlossene Vereinbarung über den Weg, die wiederkehrenden Zwistigkeiten beider Staaten zu schlichten.... Reste zweier Briefe von Pergamum an beide.... Reste des Vertrages.... Das Verfahren ist, soweit ich weiss, ganz beispiellos, indem ein dritter Staat, Pergamum, als ständiger Vermittler (*μεσιτεύων*) fungieren soll, aber nicht den Schiedsspruch zu fällen, sondern nur aus der Zahl der unter den Parteien vereinbarten Staaten auszulesen hat.« Jnde quod duae epistulae Q. Mucii Scaevolae

[19]) Praeterea, ut oratio recte procedat, transponam haec verba ante Αἰ δέ ποι στρατιᾶς δέῃ κοινᾶς.... ξυμμάχοις. Nam bellum etiam oritur e lite.

pont. max. ad Ephesios et Sardianos datae eidem lapidi incisae sunt, colligas Romanos aliquas partes in hoc pacto egisse. Sed fateor me mirari tale pactum. Quid emolumenti litigantibus inde fieret, quod Pergamenis rem mandarent non diiudicandam sed qui iudices externos eligerent? Infra exemplum praesto est (n. LXII) docens Mytilenaeis iudicandi vim datam esse in posterum de Teiis et Lebediis in unam civitatem coniunctis. Enumeravimus pacta quibus controversia orta iubetur discerni tertia civitate, inveniemus similia de rebus privatis foedera nn. LVI—LVIII. Quid? nonne titulum tractatum simile aliquid continere credamus? Pergamumne *ἔκκλητος πόλις* facta est in tempus futurum? Sane audax est hoc suspicari, sed suspicor ob exempla similia. Doleo itaque maxime me titulum ipsum non vidisse, quem si recte legit Fränkelius res maxime mirabilis est detecta.

Pervenio ad exempla a viris doctis iniuria huc relata.

α'. Paus. V 16, 5.

β', Paus. VI 15, 2.

γ'. Paus. VI 16, 8 a Meiero p. 44 enumeratos locos iam refutavi p. 13 adn. 9. Eadem annotatione reieci

δ'. Causam Samiorum et Prienensium a Biante exactam.

ε'. Hdt. VII 154 Meier pp. 41 et 44 huc refert. Hippocrates Gelous et Syracusani anno 492 rixantes de Camarina a Corinthiis et Corcyraeis ea condicione conciliati sunt, ut Camarina fieret Hippocratis. Ut ex Herodoto apparet, Corinthii et Corcyraei non arbitrorum munere functi sunt sed, cum Hippocrates ceteros qui ei obstabant iam devicisset, intercesserunt pro Syracusanis et defenderunt ab iis servitutem Camarina amissa.

ς'. Ps. Plut. ap. Lacon. 230D tradit Pausaniam Cleombroti filium de eadem re discrevisse de qua agit n. XII; sed Boeckhius Abh. d. Kgl. Ak. d. W. Berlin

1834 hist. phil. Kl. p. 8 recte existimasse videtur neque Delios ausuros fuisse apud hunc causam agere cum Atheniensibus et eum maiori fuisse odio iam tum, cum Athenienses insula potiebantur, quam quis arbitro uteretur. Immo Pausanias Plistoanactis filius, qua tum erat potentia respublica Lacedaemoniorum, auctori obversatus videtur esse. Itaque exemplum huc non quadrat neque Meiero licuit, cum ipse staret a Boeckhio, tamen ex hocinepto exemplo efficere leges quibus litigantes de quibus nos disserimus usi essent pp. 44 sq.

ζ'. Thuc. I 78, 4 Athenienses Lacedaemoniis dicunt *σπονδὰς μὴ λύειν, τὰ δὲ διάφορα δίκῃ λύεσθαι κατὰ τὴν ξυνθήκην* anni 445; I 85,2 Archidamus rex cedere voluit *ἑτοίμων ὄντων αὐτῶν δίκας δοῦναι,* Sthenelaidas autem ephorus I 86,3 dissuasit atque pervicit *οὐδὲ δίκαις καὶ λόγοις διακριτέα* cf. etiam I 140,2; 144,2, et Aristid. de quattuorvir. vol. II p. 200 ed. Dind. (p. 248 Jebb.). Illud pactum Meier pp. 39 et 45 ad rem nostram spectare censet, id quod non probo, quia tertiae urbis omnino non fit sermo.

η'. De Diod. XII 35 v. p. 50 adn. 27.

θ'. Xen. Hell. VII 4,11 Phliasii ab Argivis ius petiverunt ob occupatum agrum Tricaranum sed repulsam tulerunt 366/5. Non video quo iure Meier p. 45 hoc afferat neque magis cur p. 43 citet

ι'. Epist. Phil. Demosth. XII p. 161 §. 11 et Heges. Hal. p. 87 §. 41 sq., ubi Philippus Macedo Athenienses ca. 342 orat ut Cardianis ius darent debitum de *διαφερομένοις,* sed infelici eventu. Ubinam loquuntur auctores de arbitro eligendo?

ια'. Quintil. inst. or. V 10. 110—115 alienum esse a re demonstravit Bürgelius »die Pyläisch-Delph. Amphictyonie« p. 203; qui etiam aliena esse ostendit l. l. p. 198 exempla a Meiero pp. 36, 37, 46 huc relata:

ιβ'. Diod. XVI 23,2 sq.

ιγ'. Cic. inv. II 23,69.

ιδ'. Paus. VII 10, 10.

ιε'. C. J. G. 2353 Carthaei laudant hominem, qui se cum Teniis et Lysimacho per syndicos Athenis causam agentes adiuvisset, ca. 300 secundum Boeckhium. Causa quae fuerit siletur. Sed Wilamowitzius rectius pro [κ]ατὰ [Τ]ηνί[ω]ν supplevit *κατὰ Ζήνιδος καὶ Λυσιμάχου* hominum privatorum, et putat esse eius aetatis qua tales causae Athenis agebantur secundum leges i. e. ante 338. Ergo abesse debet.

ϛι'. C. J. G. 2905,2 *A* et 3 *B* = Le Bas III 190—194 = Newton III n. 403 vv. 97—109 et 124—171 = Cauer 179 et Le Bas III 205 = Newton III 403 a cur non recipiem, dixi iam p. 13 adn. 9 ubi etiam locutus sum de

ιζ'. Le Bas 203 sq.=Newton III 406 et Le Bas 206 sq.

Meier p. 38 sq. huc spectare censet iudicia lata de sociis per

ιη' *τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων,*

ιθ'. *τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν,*

κ'. *τὸ κοινὸν τῶν Αἰτωλῶν,*

κα'. *τὸ κοινὸν τῶν Βοιωτῶν* vel *αἵπερ ἅπαν τὸ κῦρος ἔχουσι.*

κβ.' *τὸ κοινοδίκιον* urbium Cretensium; sed ego haec omnia exclusi. At enumeras infra n. LVI. Recte mones. Sed vide modo, quantum intersit inter hanc inscriptionem et nn. ιζ'—κα'. Ibi tribunal compositum est e populis litigantibus et e tertio populo a litigantibus accito, nec iudicat nisi de populis qui id creaverunt neque vero de tertio populo accito, contra nn. ιζ'—κα' tribunal constat ex multis populis, qui sunt eiusdem societatis, ita, ut iudicet de omnibus his. Exempla certa Meiero ipsi praesto non sunt. Ob eandem causam non recipio

κγ'. *τὴν βουλὴν τῶν Ἰώνων,* quam iudicasse exemplum adest C. J G. 2909 = Bechtel Jon. Inschr. 144.

κδ'. C. J. G. 2254 Foedus inter Latios et Olontios tertii saeculi nolis huc referre; nam si Gnosii essent iudices ut Hoekius *Kreta* III p. 479 ratus videturesse ex vv. 95. 99 *θέμεν δὲ καὶ ἄλλαν στάλαν [κοινᾷ καὶ ἀναθέ]μεν ἐν Κνωσῷ ἐν τῷ ἱερῷ τῷ Ἀπόλλωνος τῷ Δελφινίω*, certe ipso in initio tituli aliquomodo erant commemorandi.

Iam transeamus ad partis

A. cap. II.

quo eae continentur causae publicae, quas egerunt duae civitates aut participantes foedus aliquod aut subiectae tertiae civitati.

XLVIII. Eph. arch. 1887 *τεῦχ.* 1 edidit B. Staes titulum Epidauri inventum qui complectitur iudicium Megarensium inter Epidaurios et Corinthios de agris, Syllanio, Spiraeo. Sunt primum quinquageni iudices electi e Hylleis et Dymanibus, quinquaginta unus e Pamphylis. Hi Epidauriis uno consensu res, de quibus erat contentio, assignaverunt. Deinde Corinthiis obstantibus Megarenses ex illis CLI elegerunt triginta unum homines, denos e Hylleis et Dymanibus, undecim e Pamphylis quorum determinatio servatur l. a. Fecerunt haec Megarenses iussi ab Achaeis. Cum tempus tituli definiatur e ducibus Achaeorum et Epidauriorum, Epidaurii autem post Corinthum captam foederi Achaico inserti sint (cf. Paus II. 8, 5, Plut. Arat 24) Staes inscriptionem ponit post Corinthum captam 243[20]). Ego accuratiora eruisse mihi videor; nam Megarenses foederi additi sunt anno 243 (cf. Droysen Gesch. d. Hellenism.² III 1,417), aut 242 (cf. U. de Wilamowitz Antig. v. Kar. p. 302)

[20]) titulus στοιχηδὸν scriptus ostendit Reinachium »Traité d'épigraphie« p. 296 hanc scribendi rationem non ultra bellum Chremonideum fuisse putare errantem.

recesserunt anno 223 cf. Droysen l. c. III. 2.111. Corinthii anno 243 ad foedus se applicuerunt. Ergo fines iam angustiores invenimus annos 243/242 et 223. Incipit titulus *ἐπὶ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν Αἰγιάλεος*. Atqui *στρατηγοὶ* Achaeorum multorum annorum inde a 243/42—223 noti sunt cf. Droysen l. l. III. 2, p. 32 adn. 2 »Arat war 245/44 zum ersten Male, dann 243/42, 241/40 Strateg; 226 war seine zwölfte Strategie (Plut. Arat 35), und bis 234 rückwärts können wir nachweisen, dass er Jahr um Jahr gewählt wurde, so dass 234 seine achte Strategie war; also zwischen dem Frühling 240 und dem 234 ist nur einmal ein anderer, nämlich Dioitas, der Heraia nahm, Strateg gewesen«. Multum his verbis proficimus si correxerimus Droysenium qui ut fit levi errori arithmetico incidit. Si Droysenium sequeremur, Aratus anno 234 non octavam sed nonam iniisset strategiam excepto anno Dioetae. Nonum autem magistratu eo functus est Aratus anno 232 (cf. l. l. III 40), decimum 230 (p. 40), undecimum 228 (p. 79), duodecimum 226. Praeter Dioetae igitur annum etiam alterius anni inter 243 et 234 non novimus eponymum magistratum. Anno 233 penes Lydiadem summa reipublicae erat cf. Droysen III 2, 32, apud eundem annis 231 et 229 (Droysen III 2,40), 227 apud Aristomachum (p. 54 et 79)[21]), 225 apud Hyperbatam (p. 86 adn. 2), 224 apud Timoxenum (p. 104 adn. 2), 223 Aratus et Timoxenus praeerant Achaeis pp. 109 adn. 1 et 112 adn. 2. Vides iam terminos positos esse annos 243/42 et 234 et horum annorum duos tantum restare, quibus

[21]) Droysen III 2,55 Aristomachum creari facit in annum 228, cum III 2 p. 79 initio anni 227 dicit Aratum etiam tum gubernari societatem Achaicam et anno proximo Aristomachum principem fuisse, id quod secum non convenit, e lege la et secundum Plut. Ar. 35 de 227 cogitandum est.

Aratus non fuerit στρατηγός. Sed dubito an etiam plures annos addere debeamus his duobus. Nam Plut. Ar. 24 legimus nemini licuisse per duos annos continuos fungi στρατηγίας magistratu; quod si recte se habet exempli gratia Aratus administravit summam vim annis 245/44; 43/42; 41/40 de quibus constat, 39/38, 37/36, 35/34, tum per duos annos creatus non est, deinde iterum 232/31 et altero quoque anno usque ad 226. Congruunt cum hac ratione Plut. Ar. 24 (anno 243,) Plut. Arat 30 (anno 231), Plut. Cleom. 15 (anno 224) qui loci idem docent de magistratu ab Arato secundo quoque anno administrato. At Plut. Arat 35 legimus eum 226/25 duodecimum creatum esse praesidem; ergo inde a 245—226 non decem, ut ego dixi, annis creatus est, decem alter, sed bis per duos annos continuos idem Aratus; recte, sed nonne probabile est, si modo Aratus re vera duobus annis continuis magistratus fuisset, uno ex tribus illis locis annorum 243, 231, 224 id ut commemoraretur futurum fuisse? Igitur aut illa lex Arat 24 reicienda est aut Plutarchus ipse secum pugnat sive sciens sive, quod praefero, inscius erroris, et cap. 35 scribendum est τὸ δέκατον pro τὸ δωδέκατον ἡρέθη. Vides titulum ponendum esse uno ex iis annis, quibus Aratus erat homo privatus, sive ii anni fuerunt duo sive quinque inde a 242/41 usque ad 234/33.

Romani haud semper ipsi senatus consulto controversiae finem effecerunt sed alteri civitati rem demandaverunt. Supra pp. 14 n. XIX attulimus quomodo Volso res Asiaticas ordinarit, itaque statim vertamus ad

IL. Arch. Ztg. 1879 p. 127 sqq. Megalopolotani et Lacedaemonii de agro Belbinate et Aegytide diu contenderant dum Callicrates Megalopolitanis eos assignavit. Putat vero Dittenberger, qui titulum edidit, Lacedaemonios non oboedisse iudicio, Megalopolitanos autem id iis vitio vertisse apud Achaeos, quos multam

imposuisse Lacedaemoniis. Quam cum soluturos se esse negassent Lacedaemonii, fortasse mediantibus Romanis ad quos utrosque provocassent arbitros electos esse, quorum sententiam praebere titulum tractatum. Ponit hoc editor ante 146 post 167, ego inter 164 et 149, nam secundum Clintonis fastos Polyb. XXXI 9. 7, ubi de Callicrate qui antea iudicavit sermo est, significat annum 164 et anno 149 (Paus. VII 12,4 sqq. LI) denuo discordia excitata est cf. Meierum et Dittenbergerum, v. p. 18 adn. 14; i. n. LI.

L. Paus. VII 11, 4—5, Ael. v. hist. III 17 Athenienses ab Oropiis apud senatum Romanum erant accusati, quod urbem expilaverant inde ab anno 155 usque ad 149. Patres edixerunt ut Sicyonii aestimato damno Atheniensibus multam dicerent, qui illos absentes condemnarunt quingentis talentis. Postea bis venia data haud centum talenta solvere iussi sunt cf. Barb. n. 437, Meierum ap. Ersch und Gruber allg. Encykl. sect. III vol. V p. 506 sqq. et imprimis U. de Wilamowitzium »Oropus und die Graer« Herm. vol. XXI p. 101 et adn. 3, qui collato Paus. I 34 demonstravit Pausaniam secum pugnare, Oropum tum non ὑπήκοον fuisse Atheniensibus, ut narrat Paus. VII 11,4, sed liberum.

LI. Arch. Ztg. 1878 p. 104 = Ditt. 240 Messeniorum et Lacedaemoniorum discrimen de agro Dentheliate ca. 140 tractatum est Romanorum iussu Milesiis arbitris, qui Messeniis eum tribuerunt cf. etiam Tac. ann. IV 43 et infra n. LIII. Effossus est titulus Olympiae.

Etiam nn. LI—LV huius generis fortasse fuerunt.

LII. Polyb. IX 33, 11 sq. Controversiam Megalopolitanorum et Lacedaemoniorum de agro Belbinate et Aegytide Philippus determinaverat anno 338 οὐχ αὐτὸν ἀποδείξας κριτὴν ἀλλὰ κοινὸν ἐκ πάντων τῶν Ἑλλήνων καθίσας κριτήριον. Secundum hunc locum huc quadrat exemplum. Contra eius loci, cui quae exscripsi respon-

dent, IX 28,7 verba *ἀποτεμόμενος καὶ τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν ὑμῶν (τῶν Λακεδαιμονίων) προσένειμε τὴν μὲν Ἀργείοις, τὴν δὲ Τεγεάταις καὶ Μεγαλοπολίταις, τὴν δὲ Μεσσηνίοις* Philippum ipsum diiudicasse videntur docere cf. etiam XVIII, 14. Liv. 38,34 rem narrat paullo inaccuratius. Eadem res commemoratur Paus. VIII 11,2, ubi Pausanias falso pro Megalopolitanis commemorat Argivos[22]) nomina confundens. Sed cum ne hoc quidem loco accuratiora proferantur, res in dubio est cf. etiam n. IL. Iisdem Polybii locis nititur

LIII, ubi causa Messeniorum et Lacedaemoniorum de agro Dentheliate ad finem perducitur, Ad eandem causam spectant Tac. ann. IV 43 verba »Macedonis Philippi . . . . armis ademptum« et Strab. p. 361 *περὶ οὗ κρίσιν ἔσχον Μεσσήνιοι πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπὶ Φιλίππου.* Intelligis ne hic quidem rem in dilucido esse. Schaefer »Demosth. und seine Zeit« III pp. 42sq. non dicit, quid ipse sentiat neque magis Grote griech. Gesch. cf. etiam n LI.

Cum quaestio haud discernenda sit, num nn. LII. et LIII. ad rem nostram sint referendi, certe idem genus exempla sunt nn. LIV et LV, sed hic eos pono quia non apparet, num foederati regesve iusserint ut ita fieret diiudicatio; quod nisi ita est, locus aptus ex ordine temporis iis est sub nn. XIV et XVI. Est vero

LIV. Le Bas III 1 = Cauer 58 iudicium Argivorum inter Melios et Cimolios de tribus insulis. Le Basius *expl.* ponit id in anno 416, item Egger p. 68 et Burgelius p. 205, Kirchhoffius »Stud. z. Gesch. d. griech. Alph« p. 100sq. ca. bellum Peloponnesiacum exiens non refutatis Le Basii causis indignis. Sed ne

---

22) Hillius Progr. d. Ober-Realschule in Elberfeld 1882/83 »der achäische Bund seit 168 v. Chr«. p. 10 pro Ἀργέίοις scribendume sse censuit Ἀχαιοῖς, quod mihi non probatur.

Kirchhoffii quidem sententiae assentior ob verba *κοινὸν συνέδριον τῶν Ἑλλάνων*, quod cum Schneidewinio Philol.IX 1864 p. 589 amphictyoniam Delphicam esse vult, cum Le Basius de amphictyonia Argiva cogitet. Sed recte Bürgelius pp. 198sqq. in titulis publicis licere negat Amphictyones nominari *κοινὸν συνέδριον τῶν Ἑλλάνων*[23]) neque fuisse bello Peloponnesiaco amphictyoniam Delphicam ulla auctoritate cf. pp. 250sqq. Burgelio obversatur synedrium quoddam Corinthiacum. Sed societas Graecorum quae belli Persici temporibus fuit anno 460 dissoluta est, et ex consessu Corinthiaco anni 421 (Thuc. V 28 sqq.) iam 420 Corinthii secesserant cf. Grote hist. of Gr. Praeterea concilium anni 421 nominandum non est *κοινὸν συνέδριον τῶν Ἑλλ.*, quippe quod componeretur ex paucis populis. Neque quadrat scriptura ad 416. Iınmo est synedrium illud Corinthiacum quod inde ab anno 338 conveniebat. Quaeritur autem, utrum Melii quoque et Cimolii eo semper legatos miserint an non nisi hoc temporis momento: unde discerni posset, quo loco titulus inserendus esset, post n. XIII an post n. LVI.

LV. Eph. arch. 1884 pp. 130sq. coniunctus cum C. J. A. II 308 = Ditt. 139, — quos iam Cumanudes cohaerere sensit, — suppeditat agi de lite Atheniensium et foederis Boeotii, quae ex pacto a Lamiensibus ad finem perducitur. C. J. A. II 308 factum est mense Sextili 288 regnante Demetrio cf. U. de Wilamowitz-Moellendorff *Antig. Car.* p. 244. Quaestio autem est, num Demetrius ipse ita fieri iusserit. Ussingius n. 55 p. 51, Pittakes Eph. arch. 1056, Egger p. 69, Bergkius Ztschr. f. d. A. W. 1847 p. 1099 lacunas tituli C. J. A. II 308[24]) falso sanabant. Erant complures

---

23) Demosth. cor. 279 §. 155, Aischin. Ctes. p. 549 §. 161, Cic. inv. II 23, 69 nihil probant quia non sunt decreta magistratuum.

24) Eph. arch. cum στοιχηδὸν scriptus sit, lacuna v. 4 expleri potest per μ[ὲν ἔλυσαν τὰς δέ.

causae secundum Eph. arch., ex quibus unam de Oropo fuisse censet Hicksius n. 156; sed hoc ferri nequit. Nam Oropum inde ab anno 312 usque ad 171 foederis Boeotii fuisse demonstravit Wilamowitzius »Oropus und die Graer.« Herm. XXI p. 102 sq. et adn. 1.

Partis prioris cap. B.

Iam collatis his exemplis vertamur ad ea, quae de consuetudine et iure publico Graecorum inde derivari possunt. Partitione adhibita demonstratum est de causis publicis non solum singulis occasionibus singula tribunalia constituta esse sed haud raro ipsis foederibus praescriptum esse, ut ita fieret in posterum si discordia excitata esset, neque solum liberas civitates ita egisse sed etiam eas, quae unius foederis aut regi vel magistratui alii subiectae erant. Plerumque ut par est singulae urbes erant litigantes, contra nn. XIII et XIV altera pars sunt reges, n. LI duae nationes sunt adversarii, n. LV civitas et societas cf. etiam XVII. Certis finibus mos circumscribi nequit; ubivis erant Graeci, si libitum est, hac via processum est a singulis civitatibus magis minusve. Praevalere eas civitates, quae maxima utebantur potentia, ut Athenienses, per se explicatur.

Causae factae sunt variis de rebus, ante omnia de possidendis sive agris, sive castellis, sive portibus, sed etiam de aliis ut n. L de expilata urbe, de foedere laeso nn. IV et XIX et ex Pyrrhi proposito, quod reiectum est n. XVI, de pace violata n. XVII; magna ex parte causae notae non sunt cf. XV, XXIII, XXIX, XXXI, XXXVIII, sed similis generis fuerunt, nam ites duarum civitatum inter se publicae semper sunt de eiusmodi rebus, quibus auctoritas alterius civitatis diminui videtur ab altera vel tolli. Saepius tertia civitas

se ipsa proposuit iudicem. Omisi ut debebam eas causas, ubi Romani hac ratione usi sunt, quia si iis oboeditum non esset armis intercessissent, sed attuli meo quidem iure nn. IV, XXIV, XXXI. Causae interveniendi variae fuisse possunt sive amicitia sive quod erat e re tertiae civitatis. Civitates quae oratae erant, ut discernerent, nusquam abnuerunt quantum scimus; magno igitur iis videtur honori fuisse quod dignae habitae sunt, ut nostris quoque fit temporibus, neque tamen semper ipsae deciderunt sed rem ad alias detulerunt cf. n. XLVIII—LI; addendum autem est hoc facere non potuisse nisi imperia aut societates. Haud raro litigantes ad populum iudicem se contulerunt cf. nn. XII, XIX, XXIV, LI, LIII, quod cur factum sit partim consentaneum est ut n. XII. Syndici n. XII commemorantur. E contrario saepissime iudices ab externo populo arcessiti sunt, id quod maxime accidit, si agebatur de finibus terminandis. Utrum iudices externi interdum iudicum domesticorum numero additi sint necne, dirimi nequit. Plut. de am. prol. p. 493 *A* habet *ἔκκλητοι κρίσεις καὶ ξενικῶν δικαστηρίων ἀγωγαὶ τοῖς Ἕλλησι τὸ πρῶτον ἀπιστίᾳ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἐπενοήθησαν ἀλλοτρίας δικαιοσύνης ὥσπερ ἑτέρου τινὸς τῶν ἀναγκαίων μὴ φυομένου παρ' αὐτοῖς δεηθεῖσιν. Ἆρ' οὖν καὶ οἱ φιλόσοφοι τῶν προβλημάτων ἔνια διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς ἐπὶ τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν ζῴων ὥσπερ ἀλλοδαπὴν πόλιν ἐκκαλοῦνται καὶ τοῖς ἐκείνων πάθεσι καὶ ἤθεσιν ὡς ἀνεντεύκτοις καὶ ἀδεκάστοις ἐφιᾶσι τὴν κρίσιν*, neque vero puto eum cogitasse hoc semper ob *ἀπιστίαν* factum esse, immo eum premere voluisse *τὸ πρῶτον*. Nimis parva fiducia certe haud raro causa fuit, sed saepius adversarii existimasse censendi sunt se nunquam concordes fore. Ita censuisse veteres inde elucet, quod saepius viris doctis alterius civitatis res delata est cf. p. 13 adn. 9. Equidem ut

nostra aetate non ideo externo iudicio utimur, quia desperavimus nos unquam tribunal cogere posse ex viris utriusque reipublicae haud corrumpendis, sed quo celerius concordia restituatur, ita etiam veteres sensisse persuasum habeo. Exemplis allatis iudices peregrini semper soli iudicant, sed simili exemplo n. LVI domesticis adiuncti.

Quae tandem civitates aut homines aditi sunt a litigantibus? Periandro defertur res n. II, Themistocli n. V, qui erant homines potentissimi et iidem sagacissimi, et hanc ipsam ob causam eos electos esse apparet; homines ignoti non ducuntur digni. Buliam illum n. VII ingenio fuisse maximo sequitur. Praeter singulos viros Amphictyoniae dignae sunt aestimatae, quae arbitrarentur, cf. n. XII et p. 9 adn. 2. XIL, ια'. Quod amphictyonia Delphica ante 345 adita non est, recte inde explicare mihi videor, quod secundum Bürgelium pp. 248—252 Amphictyonia illa inde a 450—380 auctoritatem paene nullam habebat. Comparari possunt hoc cum iudicio nn. XI, XXIII, XXXIV, LII—LIV. Populi electi saepe non tam potentia quam virtute excellebant ut Achaei cf. Polyb. II 39. 9, II 38, 6, 8, 10, Strab. VIII 7 p. 384, Mantineenses, Athenienses, Lacedaemonii cf. Arist. Polit. VI 2 (4) §. 2 p. 1318 et Ael. v. hist. II 22. Refutatur his exemplis aliquatenus quod Ussingius ad n. 55 (LV) annotat »sponte sequitur aut praepotentem urbem .... provocari aut vicinam qualis est Megarensium.« De vicinitate infra loquemur. Neque tamen mirum est quod plerumque magnae civitates aditae sunt ut versutiores et acutiores. Primo tempore ab insulis insulae sunt oratae, a Graecia continente urbes Graeciae ipsius, ut par est cum commercium nondum civitates vinculis angustis inter se coniunxisset. Inde a 460 fere tempora et res mutata erant. Saepius una eademque urbs a diversis populis diversis temporibus advocata est ut Parii et Megarenses ter, Eretrienses, Carystii, Sicyonii,

Rhodii, Gnosii, Samii bis. De Romanis infra verba faciam. Accidit quoque, ut non ex una sed ex compluribus civitatibus arcesserentur iudices, sic n. I ab Erythraeis, Samiis, Colophoniis, n. VI commendantur urbes Peloponnesiacae, n. XXV e Rhodo, Delo, Paro, quarta civitate, XXVIII, 3 a Samiis, Colophoniis, Magnetibus. Unum idemque tribunal compositum fuisse non solum e civitatibus aequae potentiae sed etiam diversae cognovisti neque tamen miraberis; nam ut Amphictyoniae saepius iudices adsciscebantur neque vero amplectebantur eas solas civitates, quae eadem ad unam omnes utebantur potentia, ita huius rei imago sunt exempla allata. Id unum interest quod Amphictyonia est societas, civitates l. l. accitae non ita. Excepto ficto illo exemplo Paus. IV 5,2 (p. 9 adn. 2) ex affinibus civitatibus iudices nusquam electi sunt verisimiliter idcirco quod civitas quae utrique parti consanguinea esset, certe rarissime exstabat, alteri affinis certe creberrime, sed altera pars eam non accepisset, ne propinquis nimis prodesset. Essetne populus iudex eiusdem originis atque ipsi, litigantes non curarunt. Interest quod Asiae civitas rixans cum Asiatica usa est arbitra aut urbe Asiae aut insula, non Graeca; insula cum insula et Asia et insula et Graecia; Graecia inter se insula aut Graecia, item insula cum Asia insula, insula cum Graecia Graeciae urbe; obstat unum exemplum: Melitaeenses enim et Narthacienses arcessunt n. XXVIII 3 Samios, Colophonios, Magnetas, sed hoc quoque exemplum quodammodo est e lege statuta. Cum haec scriberem cogitavi de nn. I—XLVII, conveniunt autem ceteri quoque; quin etiam Romani hanc servaverunt consuetudinem in eligendis arbitris excepto n. L, de quo infra dicetur. Ex hac ratione efficitur, si auctor tituli alicuius e tituli verbis erui non potest, altera autem et civitas et tertia notae sunt, civitatem decernentem, si altera et tertia sunt Asiaticae, fuisse

Asiaticam aut insulam, non Graecam, si altera et tertia sunt insula, urbem aut Asiaticam aut Graecam aut insulam, si urbes Graecae sunt altera et tertia urbs, insulam aut urbem Graecam.

Iam aggrediamur ea quae evelli possunt ex exemplis partis A. II. Societatis Achaeorum membra, si lite implicita erant, ad Achaeorum concilium de ea re ut venirent astricta erant, id quod sequitur ex Paus. VII 9,4 *ἰδίᾳ δὲ ἀπείρητο μὴ πρεσβεύεσθαι τὰς πόλεις ὅσαι συνεδρίου τοῦ Ἀχαιῶν μετεῖχον* cf. etiam VII, 12,5. Achaei res aut ipsi decidisse censendi sunt aut uni ex sociis permiserunt ut n. XLVIII Megarensibus. Fortasse hic commemorandus est titulus XXXIV, nam si titulus ponendus est ante 146, tum res eadem fuisse potest; contra potest quoque cogitari Romanos rem ita ad finem perduci iussisse. Vides inde locum tituli fortasse mutandum esse, sed certi quidquam deest. Haud aliter se habent tituli XXXII et XXXIII. Num foedus Aetolicum eadem usum sit lege nescitur, nam in unico exemplo n. XXII nimis magnae sunt lacunae quam ut res exarari possit, neque manifestum est, num omnino etiam Erythrae fuerint foederis illius. De civitatibus Hexapoleos Doridis neque discerni potest, num obligatae fuerint ut lites deferrent ad concilia habita apud commune sacrum Triopii, quoniam loci desunt, neque num si ita factum erat concilium tertiam creaverit iudicem urbem. Neque plura scimus de iudicandi vi, quae erat *τῷ κοινῷ τῶν πόλεων* Aeolicarum. *Τὸ κοινὸν τῶν Ἰώνων* num interdum tertiam urbem iudicare constituerit obscurum est, id ipsum iudicasse vidimus *κγ′*, contra non erat lex ut omnia ad id deferrentur, quamvis Dion. Hal. ant. Rom. IV 25 id affirmet cf. n. XVIII. Reges num tales causas curarint in dubio est. Certe C. J. G. 2254 Lysimachus rex de Samiis et Prienensibus videtur ipse discrevisse, sed n. LV Demetrius rex rem aut omnino neglexit aut Lamiensibus ut res deferretur imperaverat, itemque se habent exempla dubia n. LII et LIII. Haec duo exempla inde quoque huc referam, quod non crederem nisi exemplis certis usos Romanos litem de duabus civitatibus tertiae mandaturos fuisse diiudicandam.

Iam transeamus ad Romanos. Aditi sunt hi et a civitatibus omnino liberis et ab iis quae, etsi secundum legem libertate etiam utebantur, tamen re vera erant dicionis Romanorum et ab iis, quae secundum leges iis erant subditae. Primae classis sunt certe nn. XXVII, XXXV, XXXVI. Putares Romanos tum semper ipsos decisuros fuisse, sed vide modo n. XXXVI; Pariis ibi rem dederunt Romani. Habet hoc sane multum miri; nam Cretenses tum nihil erant privati libertate. Paullo alius generis est n. XIX, nam quod Volso decemque legati aliis civitatibus controversias amovendas permiserunt, id tenendum est tum Romanos egisse non tam arbitrorum sed dominorum loco, cum bellum contra Antiochum confecissent. Etsi non nomine, tamen re vera Asia tum erat subiecta Romanis. Multo minus miros nos habebit, quod Romani orati ut iudicarent non semper id fecerunt de iis populis, qui sub eorum tutela erant. Id genus exempla sunt nn. IL et L. Contra iudicium de provinciae civitatibus Romani aut ipsi ediderunt sive per proconsulem propraetoremve sive per Senatus Consultum sive per legatos ad id missos aut alios viros constitutos aut rem commendaverunt societati, in qua inerant litigantes ipsi ut Le Bas II 1189 concilio Thessalico de Cierensibus et Metropolitis. Titulus enim sic restituendus videtur esse v. 5 *ἠνέχθησαν μεθ' ὅρκου ψῆφοι Κιερεῦ[σι διακόσιαι ἐνενήκοντα ὀκτώ, Μη|τρο]πολείταις τριάκοντα μία, ἄκυροι πέντε.*

Ποπ]παίῳ Σαβείνῳ[25]) *πρεσβευτῇ Τιβερίου Καίσαρ[ος*

[25]) Factum est igitur inter 15 et 35 p. Chr. cf. Tac. ann. I, 80 et VI. 39, v. 18 ὧν usque ad ἀνέπεμψεν debeo Wilamowitzio.

nomen *στρατηγοῦ στρα|τηγ]<ὁ>ς τῶν συνέδρων πλεῖστα χαίρειν. ἔγρα[ψάς μοι| Μητ]ροπολειτῶν ὑπόθεσιν ἣν εἶχον περὶ ὅρων το[ὺς συνέ|δρους] κρῖναι οὓς καὶ ἐδήλους μοι κατ' ὄψιν ἐναιδε[.... |ἀ]ναγαγόντα προθεῖναι τὴν κρίσιν ἐν τῷ ἐν <Λ>[α|ρί]σῃ συνεδρίῳ τῷ ἐν τῷ Θύῳ [μηνὶ συνελθόντ<ι> [εἰς| τὴ]ν κρίσιν καὶ λόγων ὑπ' αὐτῶν γενομένων ἐνην[όχασι ψήφους| μεθ'] ὅρκου Κιερεῦσιν μὲν διακοσίας ἐνενήκον[τα ὀκτώ, Μητροπολείταις δὲ τριάκον|τ]α μίαν ἀκύρους πέντε ταῦτα ἐπιτήδειον ἡγ[ησάμενος.*

Ποπ]παίῳ Σαβείνῳ πρεσβευτῇ Τιβερίου Καίσαρ[ος nomen *στρα|τη]γὸς Θεσσαλῶν χαίρειν. ἔγραψας κἀμοὶ καὶ το[ῖς συνέ|δροις Μ]ητροπολειτῶν ὑπόθεσιν ἣν εἶχον περὶ ὅρων <ὧ>ν* homo quidam *τὴν| δι]άγνωσιν ἀνέπεμψεν. γείνωσκε οὖν εἰρημ[ένην τὴν δίκην ἐν|τῷ Θύῳ] μηνὶ καὶ ἐνηνεγμένας μεθ' ὅρκου κρύφα [ψήφους Κιε|ρεῦσι] μὲν διακοσίας ἐνενήκοντα ὀκτώ, Μητροπολείταις δὲ τριάκοντα μίαν ἀκύ|ρους πέ]ντε ταῦτα ἐπιτήδειον ἡγησά[μενος. ....* Contra unum exstat exemplum n. LI, ubi Romani Milesios iudicare iusserunt. Cur postea nunquam ea via usi sunt? Est in aperto. Iudicium edere voluerunt civitatem plane liberam. Quodsi ipsi non iudicabant, elegerunt urbem e terra quae nondum in provinciae formam redacta erat. Cum autem saeculo primo tales regiones esse desissent, non habebant Romani, cui rem mandarent. Videtur obstare n. XXXVIII; sed ibi v. 6 ante *αἱρεθέντες* inserendum est certe *ὑπὸ Ῥωμαίων* quo magis versus longitudine ceteros aequet. Quo commoveor ut credam nn. XXXII. et XXXIV ante 146 factos esse, de XXXIII dubitari potest. Ceterum p. 18 adn. 14 cognovimus inde a saeculo altero fere omnes causas ad Romanos delatas esse. Factum est ob eam rationem, quam iam Herm. vol. II pp. 112—114 affert Mommsenus. »Natürlich«, inquit, »war es den Parteien nicht verwehrt, auch an eine andere Gemeinde oder

an Privatpersonen sich zu wenden. Aber wenn die Ablehnung eines solchen Schiedsrichters ohne Gefahr war, so konnte die andere Partei nicht füglich denselben sich dann verbitten, wenn auf die in der That souveräne Gemeinde, auf den führenden Staat compromittiert ward«. Elegerunt Romani urbes magnas si civitates magnae discordia diremptae erant, parvas si parvae; imprimis autem eas urbes iudices datas esse quibus favebant Romanis, docent satis Sicyonii (n. L) quibus quam amici fuerint, inde perspici potest, quod anno 146 maximam agri Corinthii partem iis dederunt.

Etiam ut socii acquirerentur Meier p. 43 ex n. IX recte effecit ab una civitate ad alteram rei iudicium delatum esse, ut, si adversarii propositum non probassent, ab urbe orata adiuvaretur. Haud raroadversarii sitalis iudicandi modus propositus erat abnuerunt cf. nn. VI, X, XIII, XLV, p. 9 adn. 2. Ne pactis quidem certis impeditum esse quominus propositum despiceretur, n. XLV docetur; simul illis locis discimus non nisi magnas civitates non cessisse adversariis petentibus, ut secum conciliarent. Quod ex saeculo altero et primo talia exempla tradita non sunt, inde derivo quod tum Romani auxilio vocati essent, qui adversariis cum alias tum vi armorum persuaderent ut discordias arbitrio alieno sedarent. Si unus externum iudicium expetiverat neque confestim altera factio se tribunal hoc aspernari pronuntiaverat, tribunal pro accepto habitum est iudicavitque, etiamsi altera factio absens erat cf. nn. XVII et L. Meier ex Paus. VII 11, 5 (n. L) *οὐκ ἀφικομένοις εἰς καιρὸν τῆς κρίσεως Ἀθηναίοις ζημίαν πεντήκοντα τάλαντα ἐπιβάλλουσι* concludit adversarios de tempore, quo iudicaretur, consensisse et poenam meruisse ex hoc pacto cum, qui tempore statuto non adesset. Sed nemo hoc concedet; illa quinquaginta talenta non sunt vis pecuniae

multaticiae, de qua convenerat ut is solveret qui sero veniret; si ageretur de quinque talentis, probarem. Immo ea multa Atheniensibus imposita est ob Oropum expilatam. Quid? quod Selinuntii anno 410 (n. IX) nulla mora legatos miserunt qui a se Segestanorum consilium non probari nuntiarent, cur eos id fecisse putas nisi ob unam eam causam, ne Syracusanis et ipsi rem tractandam tradere visi postea, si iudicium Syracusanorum non curassent, eorum iram, aliorum indignationem moverent? Antequam tale iudicium appeteretur n. XXII diaetetis res commendata est; fortasse hic erat mos cf. i. n. LVI. Id Gilbertus II 393 et Busoltius p. 53 §. 57 primi recte observavere rixantes ante iudicium interdum se iudicio obsecuturos esse promisisse (cf. n. LIV) et eo usque processisse, ut poenam constituerent negligenti, ita n. XXXI decem talenta argenti Alexandrini. Ubi adversarii se non contulerunt ad populum electum, hic misit arbitros ad eos, quorum numerus diversus est; quater invenitur unus legatus, duo bis, quinque bis, sex aut plures semel, sedecim semel, centum et quinquaginta unus semel—cur non centum et quinquaginta missi sint, in propatulo est. Multis locis complures iudicasse censendi sunt, numerus autem certus erui nequit. Cum complures civitates una per legatos sententias ediderunt numerus legatorum ab unaquaque civitate missorum diversus fuit; nam etsi n. XXIII ex unaquaque civitate unus videtur missus esse, tamen n. XXXIV ab una quinque ablegantur, ab altera unus aut plures. Arbitri virtute excellebant. Adiunctus iis est nn. XXIII et XXXVIII scriba ab ea civitate quae orata erat; quod tam raro eum invenimus certe inde explicatur, quod saepe adversarii eum ex suis civibus sortiti sunt. Quod n. XXIII scriba est alia ex urbe atque iudices, meo iure inde derivare mihi videor, quod *τὸ κοινὸν Εὐβοέων* oratum erat, ut iudices et scribam daret. Si a compluribus civitatibus iudices expetiti

sunt, certe nunquam res ita est tractata, ut una adiretur de arbitris, altera de scriba. Simulac causa erat de fundis, iudicibus additos esse patet homines qui accurate scirent, de quibus terminis certaretur. Tum de una tum de compluribus rebus simul discidium ortum esse satis testantur loci enumerati. Dum iudicium editum est, si bellum ortum iam erat, indutiae factae sunt cf. nn. VI, VII, XXXV. Natura rei hoc prae se tulit et per se et quia haud raro inter arbitrium propositum et sententiam pronuntiatam quominus maius aut minus tempus intercederet prohiberi non poterat. Quid? si res ad Amphictyoniam delata erat, nonne Amphictyones convocandi erant, nisi forte ob aliam rem congregati iam erant? Aliquod tempus etiam praeteriit, priusquam civitati alienae, ut munere iudicis fungeretur, persuaderetur eamque consensisse litigantibus notum fieret, praesertim magno viae spatio intermisso. Et erant causae gravissimae summa cum diligentia instruendae et decidendae. Ita n. XXXI iudicibus conceditur spatium sex mensium quibus postea sex additi sunt, n. LI actum est die trecentesimo nonagesimo tertio aut quarto post senatus consultum. Hac lege Bulias n. VII ita abusus esse fingitur, ut usque ad mortem litigantes non conciliaret. Ut in eis causis, quae sunt inter eiusdem civitatis cives, adversariis certum quoddam tempus loquendi datur, ita etiam in his causis cf. n. LI, ubi priorem orationem habenti conceduntur undecim metretae Milesiae, alteram quinque. Etiam tales iudices nonnumquam corruptos esse Dittenberger monet ad 241 (XIX), argumento autem certissimo est Heges. Hal. p. 78, 7 (n. XIII), *οἱ δὲ δικασταὶ οἷς ἂν ἐπιτρέψητε οἱ κύριοι τῆς ψήφου, οὗτοι ὑμῖν σώσουσιν ἐὰν μὴ Φίλιππος αὐτοὺς ποίηται;* neque hoc est incredibile. Ut res de quibus agebatur, ita iudicia quoque erant diversi generis, afferam insignia exempla XVIII—XX et XVII, L; maxime memorabile

autem est, quod Themistocles litem Corcyraeorum et Corinthiorum ita diremit, ut utrique Leucadem possiderent (n. V). Multa imposita postea imminuta est n. L. Sed qui processum est, si complures civitates iudices dederant? Tum numerus maior pervicit cf. Meierum ad n. I. Arbitrium factum lapidi insculptum est atque, ut pernosci posset aetas tituli, nomina magistratuum uniuscuiusque civitatis ei addita sunt cf. nn. XV et XXXI. Qui conciliationem per iudices factam turbet, ei multa imminet n. XV. Tituli exemplar non solum in patriis litigantium sed etiam iudicum propositum est in publico, quantum ex inscriptionibus plane servatis elucet cf. nn. XXXI et XV ubi conferas velim vv. 27 sq. cum 20 sqq. Quid causae fuit? Certe, ne fraus perfici posset ab altera civitate litiganti. Hoc ne fieret etiam magis prohibitum est transportato titulo etiam in locum sanctissimum; sic exarati sunt tituli C. J. G. 2265 (n. XV), Cauer 120 (XXXI) Deli, Arch. Ztg. 1879 p. 127 (n. IL), Ditt. 240 (LI) Olympiae. Proximum igitur sacrum celeberrimum semper ad id electum est. Rogando impetratum est ut tali loco titulum statuere liceret (cf. nn. XXXI et LI). Priore loco intra triginta dies, postquam iudices Gnosii creati sunt, fieri hoc et iudicium quoque intra triginta dies Delum comportari iubetur. Haud ita celeriter n. LI factum videtur esse cf. vv. 30 sqq. Missus est titulus ad locum sacrum ab ipsis iudicibus cf. Cauer 120, 25, Ditt. 240, 30; causa in aperto est. Contra casu quodam locis pristinis amòti videntur esse n. XXIV Pagas, n. XXXVII Madaram, n. LIV Smyrnam.

Maxime varii sunt honores decreti a magnis civitatibus, etiamsi eas pro magnitudine fere eadem arbitris constituisse tribuere exspectares cf. nn. XXXVII sq., LV. Tribuuntur iis in universum laus, corona aurea, proxenia, nomen *εὐεργέτου*, cena in prytaneo, proedria ludis, *ἔγκτησις γῆς καὶ οἰκίας*, immunitas exportantibus

et importantibus pace belloque, collocatur decretum in publico, datur arbitris apographum. Praeterea nonnumquam civitas, quae miserat eos, laudatur et coronatur; n. XXXIV magistratus laudantur praeter civitatem et iudices. Scribae quoque honoribus digni habiti sunt. Semel iudicibus permittitur statuas ponere in urbe, in qua iudicaverunt (n. XXXVIII.)

Haud raro iterum de eadem re discordia orta est tempore aliquo intermisso atque similis iudicandi ratio adoptata est, exempla affero Samios et Prienenses, Messenios et Lacedaemonios. Ipsis Romanis accidit, ut cum de Melitaeensibus et Narthaciensibus iudicassent (cf. n. XXVIII), ad alios iudices provocaretur; si Graecia tum iam fuisset provinsia, certe passi non essent. Magis mirum me habet, quod ab iisdem civitatibus de eadem re rixantibus eadem civitas, ut iudices crearet, orata est nn. XXXV et XXXVI. Aliter Elei se gesserunt Thuc. V 31 (n. XLV); cum enim rem suam male eventuram esse suspicarentur, subito recesserunt, Lepreatarum agros vastaverunt, sic iudicum ne ederetur efficere studuerunt. Sed Lacedaemonii iudicium munere se non abdicaverunt et Lepreatas praesidio defenderunt. Et Thebani (n. IV) post iudicium editum statim id non curantes in Athenienses impetum fecerunt. Quin alii eo usque processerunt, ut ipsis arbitris inimici fierent, ita n. I Chalcidenses Pariis.

Partis alterius cap. A.

Quoniam disseruimus, qua ratione causae publicae inter duas civitates ab externis iudicibus ad finem perductae sint, iam aggrediamur causas privatas et cap. I tractemus eas, quae erant hominibus qui non eiusdem erant civitatis, cap. II eas quae erant eiusdem urbis civibus inter se.

cap. I.

Dividitur hoc caput in tria capitula, e quibus primum continet eas causas quae e symbolis, alterum eas quae e pacto contrahentium ad id facto actae sunt, tertium eas quae ita agi a rege vel alia eiusmodi potestate iussae sunt.

1.

LVI. C. J. G. 2556 = Hicks 172 = Cauer 119. Foedus Hierapytniorum et Priansiorum secundum Boeckhium factum est tertio saeculo exeunte. Constituitur vv. 60 sq. ut de causis ante certum tempus ortis iudicaretur *ἐν ᾧ κα κοινᾷ δόξῃ δικαστηρίῳ ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι* anno cosmorum praesentium, testibus datis, futurae causae (vv. 46 sqq. et 63 sqq.) primo apud prodicum agerentur; ex tertia urbe alligerentur, si iudicio ordinario opus esset, iudices, qui cum tribunali composito ex Hierapytniis et Priansiis sententiam ederent praesidibus cosmis anno ipsorum cosmorum:

LVII. Bull. VIII pp. 22 sqq. *A* v. 28 commemoratur inter Arcesinenses et Naxios ita pactum fuisse, ut lites vicissim ortae a tertia civitate dirimerentur, et constituitur titulo *A* ut, si condiciones de usuris pendendis Praxicli Naxio pro tribus talentis mutuo datis servatae non essent ab Arcesinensibus, res ita tractaretur ac si causa superati essent *ἐν τῇ ἐκκλήτῳ* cf. vv. 13, 37. Simile pactum

LVIII. Bull. 22 sqq. *B* inter Arcesinenses et Astypalaeenses subesse et similiter atque n. LVII de creditis talentis aliquot argenti, quae mutuo dederant septem Astypalaeenses, constitutum fuisse videtur. Accuratius de his duobus titulis scriptum est a Curtio Wachsmuth. »Oeffentlicher Credit in der hellenischen Welt während der Diadochenzeit.« Rh. Mus. N.F. 1885 vol. 40 pp. 283 sqq. et item de his et nn. CXXV et CXXVI ab E. Szanto. »Anleihen

griech. Staaten« Wiener Stud. vol. VII 1885 pp. 232 sqq., de quo vide ad nn. CXXV sq. Hi tituli videntur esse saeculi alterius.

LIX. C. J. G. 2265 cf. n. XV. Fuerant controversiae reipublicae Naxiorum et Pariorum, sed etiam hominibus privatis contra respublicas et cum etiam hae, etsi *ἀπὸ συμβόλων* non ita constitutum erat, ut exigerentur Eretriensibus iudicibus, curetur a civitatibus litigantibus, quodammodo comparari potest et itaque hic quoque commemorandus est titulus. De aetate cf. ad n. XV.

2.

E pacto contrahentium de quo convenerant lite orta ita facta est decisio in titulis.

LX. Ross J. G. i. II n. 182 p. 65, quem una tractem cum

LXI. Newton II n. 299 *A*[26]) et *B* cf. etiam Darestium Bull. X 1886 pp. 235 sqq. Secundum hos Calymnii

[26]) Initium tituli A fere sic supplendum esse puto: Ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ γνώμᾳ προστατᾶν vel ὁ δεῖνα εἶπεν τοὺς στραταγοὺς ἑλέσθαι δικαστὰς διακοσίους τέσσαρας (cf. b. 31 sqq. et Newton p. 90 b.) οἳ δικασσέοντι τὰν δίκαν ἃν δικάζεται τὰ Διαγόρα παιδία τᾷ πόλι τᾷ Καλυμνίων, τῶν μὲν φαμένων ὀφείλεσθαι αὐτοῖς ὑπὸ τᾶς πόλιος τᾶς Καλυμνίων τάλαντα τριάκοντα, τῶν δὲ φαμένων ὀφείλειν οὐδὲν ο]ὐδὲ τὸ ἐπικαλε[ύμενον ὑπὸ τῶν Διαγόρα παιδίων οὐ|δ]ὲ ἔλασσον τούτου ...., in fine tituli A sic: καὶ τὸ ἐρωταθὲν ὑπὸ [τῶν ἀντιδίκων δ|ι]αζόντω(ν) το<ῖ>ς ἀντιδίκο<ι>ς τοὶ στραταγ[οί, εἰ δέ κα μὴ ἱκνῆται τὸ ἐ]|ρωτώμενον, ἐπερωτῇ δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τ[ις λόγου ἐκκλειέσθω vel τοῦ ἀνανρίνειν ἐκκλειέσθω εἰ δέ κα τοὶ]— Newtonius aut mendo aut errore ductus scripsit οἱ contra dialectum — λόγοι sqq.; v. 51 [τῶν λόγων ἀμφοτέρων propter concinnitatem versuum cf. v. 50 et Ditt. 240, 62 sq. Res ad causam non pertinentes quaeri vetitae erant; addendum igitur erat et, quis animum eo adverteret, et poena laesae legis constituenda erat. Principium tituli B ita suppleo: Εἰς κρίσιν ἐρχόμεθα ἁμὲς τὰ Διαγόρα παιδία κλαρονόμοι ὄντες Παυσιμάχου Καλυμνίονς οἳ δανεισάμενοι ἐν τῷ πρότερον χρόνῳ μεγάλα χρήματα παρὰ Παυσιμάχου καὶ Ἱπποκράτευς πάντα μὲν τὰ χρήματα ἔτι ὀφείλοντι ἁμῖν πλήν, ex qua praepositione pendet τᾶς τε ἀφέσιος, cui membro

mutuati erant ab Hippocrate et Pausimacho Cois certam quandam pecuniae vim; triginta talenta Diagorae liberis, qui arctissimo vinculo coniuncti erant cum Pausimacho mortuo, nondum reddiderant neque pensuri erant, quia iam solvissent Hippocratis heredibus. Itaque liberi Diagorae eos accusant apud Cnidios cf. etiam Meier-Schömann-Lipsius p. 997 adn. 649. Ante litem initam utraque pars Cnidios interrogavisse videtur, num iudices dare se vellent et iam tum, ut fere fit, rem breviter narraverant, ut Cnidii, quid rei esset, cognoscerent. Deinde iussi sunt *τοὶ στραταγοὶ* ea facere, quae titulo insunt, liberi Diagorae formulam accusatoriam composuerunt i. e. titulum *B.* Liberi Diagorae ipsi sunt accusatores cf. vv. 6, 14, 21 sq., 24, 26, 30. Cur tandem tum *παιδία Διαγόρου* appellantur? Recte Newtonius p. 88 b illos, cum tota res contraheretur, liberos etiam fuisse dicit. Ad hanc causam priorem respicit Ross J. G. i. n. 182 p. 65, a Newtonio aliam ob rem allatus. Ibi v. 4 *δίκας ἃς ἐδίκαζε* est; commemorat hic titulus aut causam notam aut est ipse altera causa, ita ut Newt. n. 299 fieret tertia. Apparet autem priore illa in causa tutores semper fere dixisse *τὰ Διαγόρα παιδία,* cum liberi ipsi noti nondum

insertus est genitivus absolutus hic τοῦ μέρευς τοῦ ἀποδοθέ]<ν>τος πο[τὶ| Φιλῖνον Διοκλεῦς καὶ Τεισίαν Ἀριστέως καὶ] Ἀριστόδαμον Ἀγ[λα|οστράτου ὃ εἰδέμεν καὶ ἁμὲς τὰ Διαγόρα π]αιδία ποτὶ τοὺς πε<μ>[φ|θέντας ἔφαμες οἳ παρεγένον]το παρὰ τοὺς Κνιδίων στρ[α|ταγοὺς παρὰ Καλυμνίων] ἐπὶ δαμιουργοῦ Ἀλκιμάχου ἀργυρί[ου| τοῦ προσήκοντος] ἁμῖν ἀφαιρεθέντος ἀπὸ τοῦ χρέως τοῦ Παυσ[ιμάχου καὶ Ἱ]πποκράτευς. Num versu altero nomina recte suppleverim dubito ipse, sed cf. v. 35, Newt. p. 89 a, Ross J. G. i. n. 182 p. 65. Est haec periodus tam confusa, ut paene perspici non possit. Sed etiam cetera tituli B pars est pariter incondita et, si omnia, quae inserui, inserenda sunt, tum omnino, quantum video, structura alia esse non potest. Cur in haec ipsa additamenta inciderim per se quisque intelleget. Praeterea conferas velim aeque terribile dicta v. 10 sqq. et imprimis v. 17 sqq. πασᾶν ἃς .... ἂν .... ἔδωκε .... ἂν ἔλαβον .... γράψανιες ἀνηνίκαμες .... χρέος ὃ ὤφειλον .... ᾧ ἄρχει .....

essent; pater fortasse homo nobilissimus fuerat—certe fuerat ditissimuss—, cuius mentio misericordiam excitaret. Recte autem Keilium Syll. p. 22 dixisse Meierum p. 32 ea in re errare intelleximus, quod Meier putat Ross J. G. i. II 182 p. 65 esse litem inter duas eiusdem civitatis factiones, sed ipsum Keilium audacius profiteri ne ad nostram quidem rem spectare. Keilius, si Newton n. 299 inspicere iam valuisset, certe aliter censuisset. Litterae titulorum sunt antiquae praeter Newtonii *Π* et Rossii *Σ* v. 16, quod sigma si suo iure reddidit neque falso legit editor, tum omnia acciderunt saeculo primo cf. Reinach traité d'épigraphie p. 207.

3.

Primum exemplum respondet nn. LVI—LVIII, cetera nn. LX sq.

LXII. Le Bas III 86 = Ditt 126 Antigonus rex epistola de coniungendis civitatibus Teo et Lebedo anno 304 aut 303 data iubet vv. 27 sqq. de criminibus, quae essent inter Teios ac Lebedios, fieri pactum, sin vero lis orta esset iudicare urbem *ἔκκλητον* quam utrique elegerunt Mytilenen vv. 50 sqq., leges, quae a thesmothetis factae a civitatibus probatae non essent, ad se deferri ut ipse iudicaret aut urbi alicui mandaret.

LXIII. Eph. arch. 1862 p. 266 n. 240 Saccelion editor putat titulum esse decretum honorificum iudicibus datum, qui inter Coos—qua in insula exarata est inscriptio—alteramque civitatem discreverint fortasse iussu Ptolemaei Philadelphi, qui natus esset ibi cf. Theokr. ιζ' 56, Call. Del. 160 sqq. (Droysen Gesch. d. Hell. II² 2,94). Sed ob dialectum malim cogitare Coos iudicasse. De aetate et supplementis vide excursum I.

LXIV. Le Bas III 242 a = Ditt. 255 Gyptheatae et duo Romani tempore Sullano cum rixarentur de 3965 drachmis, quas mutuo acceperat Gytheatarum

civitas, L. Marcilius magistratus Romanus Athenienses arbitros iis dedit, qui pro Romanis sententiam ediderunt.

cap. II.

Haud raro civitates veteres, quae nondum legibus scriptis utebantur, legibus suis non iam contentae viros insignes peregre acciverunt qui leges sibi darent, ita Rhegini Charondam Catinensem, Chalcidenses Thracii Androdamanta Rheginum, Thebani Philolaum Corinthium, alii alios cf. Fabricius-Harles bibl. Graec[4]. vol. II pp. 28 sqq. Similiter, si discordiis intestinis civitas scissa erat, persaepe iudices exteri advocati sunt, qui causas exigerent et interdum novas leges darent. Proinde primum enumeremus eos locos ubi civitas penitus turbata est magna variaque discordia excitata eisque asseramus eos ubi unius causae fit mentio, tum earum civitatum causas quae in longum tempus externis utebantur iudicibus magistratibusve, postremo eas civitates quibus a regibus Romanisve iudices externi dati sunt.

1,1.

Heroicis temporibus tribuenda sunt antiquissima exempla.

LXV, Pind. J. 8,23 sq. Deorum causas Aeacus sustulit arbitrio suo.

LXVI. Paus I 39,6 Nisus Pandionis filius cum Scirone, qui pronepos Lelegis esse fertur, de regno Megarico certavit; idem Aeacus arbiter eos conciliavit ea condicione, ut Nisus et posteri tenerent regnum, Sciron summus dux belli esset.[27])

---

[27]) Similis controversia de regno inter Medontem et Neleum ca. 1068 (Clinton. fast.) disciditur ab oraculo Delphico Paus. VII 2,1.

LXVII. Paus. III 2,7 Στάσεις, quae totam insulam Cretam occupaverant, a Charmida Lacedaemonio praeclarissimo pacatae sunt Alcamene regnante anno 318 post Heraclidarum reditum i. e. secundum Clintonem anno 730.

LXVIII. Hdt. IV 161 = Diod. VIII 30,2 Cyrenis anno 545 στάσεις ortae erant ad quas amovendas Cyrenaei Delphos adierunt, qui a Mantineensibus iudicem (καταρτιστῆρα) petendum esse censuernnt. Hi Demonactem eo honore dignum duxerunt, virum et prudentia et iustitia praestantissimum. Qui possessiones quasdam ademit Batto III regi et civitatem ordinavit; sed (Hdt. §. 162) filius Batti dicto non oboedivit atque a Cyrenaeis fugatus est.

LXIX. Polyb. II 39,1 sqq. In Magna Graecia cum post stragem multorum illorum Pythagoreorum magna discordia caedesque essent, quamquam permulti Graeci viros miserant ἐπὶ τὰς διαλύσεις, Achaeis solis ob eorum iustitiam Graeci arbitris usi sunt cf. etiam Strab. VIII p. 384, 7.

LXX. Hdt. V 28 sq. Milesii anno 501 ex insula Paro optimos viros accersunt καταρτιστὰς discordiarum.

LXXI. Thuc. I 24. Epidamno nobiles anno 433/32 pulsi erant, sed adiuti ab Illyriis plebem valde presserunt. Qua re plebs Corcyraeos oravit, ut nobiles placarent; sed quod speraverant assecuti non sunt.

LXXII. Plut. Pelop. XXVI p. 291 anno 369/68 Ptolemaeus Amyntae regis a paelice filius bellum gerit

---

Idem oraculum Diod. XII 35, cum Thurini discreparent inter se cui populo deberetur condita urbs, anno 441 aditum se ipsum conditorem professum est. Suberat revera lis de possessionis et administrationis iure, ut Meier p. 38 dicit, qui ea in re erravit, quod litem illam inter Athenienses et Peloponnesios fuisse putat p. 51, cum Diodorus testis sit eam inter ipsos Thurinos exstitisse.

adversus Alexandrum de potestate regia; ideo coniuncti Pelopidam arcessiverunt *ὡς διαλλακτὴν καὶ δικαστήν*, qui Alexandro regnum tribuit cf. Diod. XV 60 et 71.

LXXIII. Newton II 263 est decretum Calymniorum in honorem iudicum externorum.[28]) Titulus est tertii saeculi.

LXXIV. C. J. G. 2264 l = Ross arch. Aufs. II p. 640 n. 5 = Rangabé antiquités helléniques II n. 766. A Minoëtis afficiuntur honoribus iudices peregrini, non Amorgini cf. Ross. ad v. 3. Iudices fiunt *εὐεργέται*, iis et posteris dantur *εἴςπλους* pace belloque, aditus ad senatum populumque, corona aurea centum drachmarum, quinquaginta drachmae ad sacrum faciendum tamquam lautia, honores proclamari iubentur Dionysiis et Heraeis, decretum in templo Apollinis proponitur. Scriptura saeculo altero vetustior est.

LXXV. Pap. I n. 10 Servatum est nihil nisi verbum *ΑΙΓΑΕΩΝ*, infra quod medium capri caput corona cinctum insculptum est. Sterretius editor ab Aegeatibus honore affectos esse profitetur Assios iudices, ego invicem ab Assiis Aegeatas. Nam multo maiore fide dignum est in capite decreti poni nomen laudati ut etiam C. J. G. 2349 b (n. CXXXVII) quam laudantis. Etiam nunc mos est, si cui quid donamus, eius signum rei donatae affigere, non nostrum, imprimis in loco excellentissimo. Praeterea probata editoris sententia desideratur *ὁ δᾶμος ὁ] Αἰγαέων*, tum autem capri caput, falso loco incisum esset quia in medio id expectamus, non in dextro latere. Agitur de urbe Aeolica *Αἰγαὶ* vel *Αἰγαιαί*. Forma litterarum est tertii saeculi.

[28]) Editor refert ad C. J. G. 2671 (n. CXXXII) et v. 2 supplet ὁ δᾶμος [ὁ Ἰασέων; sed iniuria. Nam ordo verborum verbaque ipsa sunt aliena a titulo C. J. G. 2671. Falso supplevit N. παρ[αγινόμενοι; scribendum erat παραγενόμενοι, sed possunt etiam alia conici.

LXXVI. Ross J. G. i. III p. 11 n 250 partim restituit Keilius Syll. p. 22 ita ut sit decretum Theraeorum in honorem iudicum externorum. Cum autem Wilamowitzius mihi suppeditaverit v. 3 *ἐξ Ἰουλίδος* pro *ἐξ ΟΥΑΙΔΟΣ*, quae verba utroque ex latere circumdantur nominibus propriis, sequitur et ex Iulide et ex aliis urbibus Ceis iudices arcessitos esse. Datur iis corona quae cum psephismate ad alteram urbem ferri iubetur. Dialectus est saeculi III/II.

LXXVII. C. J. G. 2147 = Le Bas II 1586 ita supplendum: *Ἐπειδὴ τοῦ δήμου σπεύδοντος ὑπὲρ τῆς πρὸς ἑαυτοὺς| δικαιοδοσίας καὶ προκρίναντος τὸν δῆμον τὸν Ἀνδρίων| παρ' οὗ τὸ δικασ[τήριον αἰτεῖν δοκοίη* vel *αἰτητέον δοκοίη*. Boeckhius dat *τὸ δίκας*, Le Basius etiam magis corrupte *ΤΑΣΔΙΚΑΣ*, pendet enim e Boeckhio. Lapis Chalcide a Cyriaco descriptus est, itaque dubium est num ex forma *Π* saeculum III/II concludere liceat.

LXXVIII. Newton III n. 419. Alexandrini a Prienensibus petiverant iudices, qui iis miserunt tres. Hi quod *τὰ παράνομα* et *βίαια* sustulerant laudantur, civitas coronatur et decretum ponitur etiam Prienes in Minervae templo. Hicksius titulum non multo ante alterum saeculum compositum esse posse putat. Titulus effossus est Prienes item atque n. LXXIX et LXXX.

LXXIX. Newton III 421.[29]) Laodicenses ad Lycum a Prienensibus tres iudices unumque scribam acceperant. Iudices laudantur, coronantur corona aurea, permittitur aditus ad senatum, scriba laudatur et vincitur corona

[29]) Wilamowitzius pro ἐκ Πασίωνος Σίμου scripsit ἐκ πλείονος χρόνου, v. 4 πρόσεξιν pro πρόσευξιν, v. 5 τὰς δίκας καλῶς pro αὐτῶν, v. 7 προβάλωνται uno λ eiecto; v. 6 ἐπα[ινε]ῖ falsum est cf. aoristos v. 7 et 9. V. 27 ἵνα .... ὁ δῆμος .... εἰδήσῃ mendum pro εἰδῇ aut scriptoris aut lapicidae.

laurea, orantur Prienenses ut Dionysiis honores proclament et titulum erigant in Minervae templo. Eiusdem aetatis est titulus hic atque n. LXXVIII secundum editorem.

LXXX. Newton III 422.[30]) Civitas Aeolica laudat Prienenses et donat corona ob missos unum iudicem et unum scribam. Iudici tribuuntur laus, civitas, *εἴσπλους* et *ἔγπλους* pace belloque, aditus ad senatum populumque, scribae laus civitas et corona laurea. Nuntiatur decretum Dionysiis et mittitur Prienen. Hicksius scribit »the date is probably not earlier than the second century B. C.«, potest autem esse iam tertii saeculi.

LXXXI. Kenner, Sitzber. d. K. Ak. in Wien philos. hist. Kl. 1872, 71 p. 335 sqq. = Bechtel ap. Bezzenb. Beitr. V p. 112 sq. n. 3 et ap. Collitz n. 215 = Cauer 431; scriptus est hic titulus ca. 200—150. Mytilenaei civitatem Erythraeorum laudant coronantque corona aurea ob missos duos iudices, unum scribam, unum dicastagogum, qui causas diluerant et diiudicaverant; eadem tribuunt iudicibus, scribae, dicastagogo, praeterea iudicibus cenam in prytaneo, proxeniam, civitatem, scribae et dicastagogo cenam. Civitas Erythraeorum oratur, ut hoc decretum apud se proponat in loco conspicuo.

LXXXII. Christ pp. 252 sqq. = Bechtel ap. Bezzenb. Beitr. V 157 n. 57 et ap. Collitz n. 305 =

[30]) Maxime miror quod H. dialectum Aeolicam sustulit v. 4 correcto καλοίς in καλοὺς et v. 20 quamquam ipse lapicida υ in ι mutavit tamen υ restituit; sed hoc debeo Wilamowitzio priori. Ipse lego vv. 6—8 ἐ]παινέσαι δὲ καὶ τὸν δικαστὰν Ζηνόδοτ[ον| ὅτι συνέλυσεν] ἀξίως τᾶς ἐγχειρισθείσας αὐτῶ πίστ[ιος| τοίς ἀντιδίκ]οις vel ἐναντίοις, ἐναντιουμένοις, nam quod praebet Hicksius: Ζηνόδοτ[ον| δικάσαντα μὲν] ἀξίως τᾶς.... πίστ[εως| κρίναντα δὲ] τοὺς κατὰ τὴν δικαστείαν ὁσίως ferri omnino nequit quia non est Graecum. Ceterum lapicida Ionius dialectum Aeolicam tantopere mutavit, ut quae restituta sunt num recte se habeant discernendum non sit ob ipsam dialectum.

Cauer 432. Tenedii laudem tribuunt Erythraeis et *τιμὰς τὰς κατ' τοὺς νόμους*.... quod iudicem bonum miserant; honores iudici decreti perierunt. Aetas est eadem atque tituli LXXXI.

LXXXIII. Christ pp. 250 sqq.[31]). Tertium Erythraei laudantur, quod duos iudices et unum scribam miserunt ad civitatem alteram. Dialectus est vulgaris. Iudices donantur corona aurea. Christius posuit titulum ante annum 54, sed certe eiusdem aetatis est atque Cauer 431 et 432, quod in unoquoque Diodorus Cleonymi filius iudicat. Apographum tituli Erythras venit, ubi inscriptio eruta est.

LXXXIV. Ath. VI p. 369. Apud Thespienses iudicavit Atheniensis quidam, in cuius honorem titulus erigitur. Doleo quod Cumanudes titulum ita reddidit, ut num omnino de Thespiensibus agatur, nesciatur. Praebet enim titulum sic: [*ὁ δῆμος ὁ Θεσπιέω*[*ν*]. Item Cumanudes litteras solas dat minusculas; cur igitur inscriptionem ante 196 insculptam censeat esse, non est in propatulo.

LXXXV. Mitt. Ath. VI p. 304 tituli gravissimi *A* et *B* facti a Magnetibus omnibus et a Demetriensibus in honorem iudicum editi sunt ab A. Milchhoefero nulla lacuna sanata cf. excursum II. Termini sunt anni 194 et 146.

LXXXVI. Le Bas II 35 = Rangabé antiquités hell. II n. 703 = Keil Syll. p. 19 sqq. IV b. = Pittakes

[31]) Principium tituli secundum Christium legendum est sic: ἐπειδὴ ἀποστειλάντων ἡμῶν δικαστὰ [Πίστ]ον Θεοφάνη νε[ωστί? με]τὰ ψήφισματος πρὸς τὸν δῆμον τὸν [Ἐρυθραί]ων ἀποστεῖλαι δικαστὰς δύο, quod refutatione non indiget. Scribendum est δικαστα[γωγ]όν (sic Wilamowitzius) Θεοφάνη Νε[αίου vel Νεάρχου]; v. 10 sqq. editor legit διεδίκα[σαν τὰς] δοθείσας εἰς αὐτοὺς δίκας, ἃς δὲ [διεδίκα]σαν ἴσως καὶ δικαίως. Sane est mendum, legendum est ἃς δὲ [διέλυ]σαν, de ordine διαδικάζειν-διαλύειν pro eo quod exspectamus διαλύειν-διαδικάζειν cf. C. J. G. 3640, 12 sq., 3568 f. 13 sq., Bull VI 238 n. 73,7.

Eph. arch. 1853 p. 817 n. 1337 = Meier p. 48 sqq. De Orchomeniis Boeotiis, non Arcadiae sermonem esse puto cum Le Basio. Gratiam hi referunt Megarensibus ca. annum 190 ob missos duos iudices et scribam. Megarenses ipsi laudantur, auro coronantur, legatis eorum conceduntur laus, corona aurea, proxenia ipsis et posteris, isotelia, asylum, cena in prytaneo, proponitur titulus in foro, nuntiantur honores Dionysiis praesentibus Megarensibus cf. etiam n. XCVI.

LXXXVII, Wood discoveries at Ephesus append. VIII p. 2 n. 1 London 1877 = Dareste, nouvelle revue historique de droit français et étranger I 1877 p. 161 sqq. = Ditt. 344 = Thalheim pp. 134—149. Constitutum est *ξενικὸν δικαστήριον* quod, quoniam multae causae adsunt bello confecto, de parte earum iudicet. Darestius id explicat p. 171 »tribunal des étrangers qui rappelle le praetor peregrinus des Romains«. Sed *ξενικὸς* est idem atque peregrinus, neque tribunal *ξενικὸν* est tribunal quod iudicet de peregrinis sed quod componitur ex externis hominibus cf. quoque Newton III n. 421 v. 3 et Bull. V 102 v. 4. Paus. VII 9. 5. Deinde unde scit Darestius etiam peregrinos hac lege contentos fuisse cf. n. XLVII? De civibus, non de peregrinis haec lex valuit. Sed quid est Ephesiis ipsis cum praetore peregrino? Nihil, si modo ut hic, inter se discordes sunt. Apud hoc tribunal instrui iubentur hae causae de agris pecuniisque: v. 51 sqq. quae ortae sunt de eo, quod praes dicit a creditore fenus renovatum esse in plures annos quam ex pacto licuit et hanc ob rem pecuniam nimiam pendere non vult, cum creditor aut neget se contra pactum hoc fecisse aut affirmet a praede sibi permissum esse, v. 83 sqq. causae inde initium ducentes, quod creditor profitetur iam ante bellum initum a se agrum debitoris occupatum esse, cum debitores hoc negent verum esse, v. 87 sqq. si creditor de agris

colendis sibi a debitore voluntario aliquid concessum esse declarat, debitor autem se coactum esse censet ut concederet, v. 94 sqq. [32]) si debitores bello orto fugerunt creditoresque agros eorum coluerunt suis sumptibus et debitor agros sibi reddi cupit neque tamen sumptus creditori factos expendere vult, quia a creditore nimium posci autumat. Existimant editores omnes titulum ca. 83 a. Chr. factum esse et cohaerere cum Le Bas III 136 a = Ditt. 253. Sed res in dubium vocari debet. Sane legimus Ditt. 253 vv. 36—42 eos qui a collegiis sacerdotum aut magistratuum aliquid mutuo accepissent id bello confecto reddere iuberi; sed Ditt. 344 de talibus non agit, immo de omnibus creditoribus, cum Ditt. 253 v. 49—55 ceteris debitoribus debita donentur. Non igitur congruunt inter se tituli citati. Accedit quod Ditt. 253 verba inveniuntur rarissima ut v. 41 *πολιτογραφέω*, v. 52 et 58 *ἔκχρησις*, v. 56 et 59 *θεματίζω*; porro Ditt. 253 v. 24/25 legitur *πολείταις*,

[32]) Thalheimius eos iudices, qui vv. 1—17 commemorantur, et ipsos peregrinos fuisse putat, sed iniuria ille quidem. Versus haec continent; iudicibus liceat, ipsis decernere, utrum litigantes recte aestimarint an nimii aut parum magni, item si adversarii de pecunia data litigant cum agros recte aestimatos esse concedant et vicissim, et si quis contentus non est partitione postea ab hominibus ad id electis facta et hanc rem questus est apud praesidem tribunalis, iudices hanc rem discernere iubentur. Atqui v. 78 eae causae quae ortae sunt de agris iam ante bellum occupatis secundum leges decidi iubentur. Complectuntur hae causae etiam eas, quae subsunt vv. 1—17 quia spectant ad tempus bello antecedens. Ergo erravit Thalheimius. Contra omnes causae, quae ad tempus belli gesti referendae sunt, instruendae sunt ante tribunal peregrinum. At vv. 53 sqq. quoque spectant ex parte ad tempus quo pax erat; recte; sed haec quaestio ante bellum oriri non potuit, potuit tum demum cum bellum iam conflatum esset. Quae autem spectant ad bellum ipsum, iudicum externorum sunt cf. vv. 84 sqq. 97 sqq. Praeterea certe exspectaremus, si modo iudices erant revera peregrini, tum semel aut bis nos lecturos esse δικασταὶ ἀπὸ ξένης aut ξενικὸν δικαστήριον, quod non legimus.

v. 55 et 59 *τραπεζείτης*, v. 59 *θεματείτης*, cum tantum v. 41 *πολιτογραφέω* et v. 46 *πολίτης* adsint; non ita Ditt. 344. Certe Ditt. 253 formae litterarum *A* et *Π* recentes reperiuntur, de Ditt. 344 non constat, quia deest accurata descriptio tituli. Sermo tituli Ditt. 344 est mere Graecus, neque insunt structurae a Romanis sumptae. Deinde num temporibus Romanis tale aliquid nisi Romanorum auspiciis decerni licuit? Cf. de hac re infra cap. B. Praeterea Sulla ipse Asiam ordinavit cf. Marquardtium *röm. Staatsverwaltung* I p. 337 qui locos omnes attulit. Nam Sullam ipsum in Ephesios male animadvertisse dicunt App. b. Mithr. cap. 61. Gran. Licin. p. 35; quodsi C. J. L. I 588 loquitur de libertate Ephesiorum, libertas iis fortasse data est post poenam impositam quia voluntarii a Mithridate defecerant. Nam C. J. L. I 588 a Mommseno ponitur ca. 673/82. Quamquam idem Mommsenus röm. Gesch.[7] III 40 Sullae et Murenae pace non omnia prorsus ordinata esse sed, ut ipsius verbis utar, »*die Verhältnisse Asiens blieben unklar*« et in civitatibus calamitatis pristinae vestigia diu servata esse putat. Sed etsi haec vera sunt, tamen Vell. II 24 argumento est Sullam res in ordinem reduxisse, licet vestigia caedis haud statim evanuerint cf. etiam Langium röm. Altert. III 140. Nomina propria tiluli nihil proficiunt quippe quae ignota sint. Sed cum neque argumentum neque ratio verborum neque scriptura titulorum Ditt. 253 et 344 inter se congruant et obstent scriptorum loci, posuerim Ditt. 344 potius ca. 188, quo tempore magnas discordias fuisse testatur n. XIX.

LXXXVIII. Bull. X p. 430 sqq [33]). Concilium Thessalorum laudat iudices Mylasenses ob iurisdictionem Larisae factam. Aetas est anno 179 inferior, ut Durr-

[33]) Etsi titulus maxime est dilaceratus, tamen aliquot lacunas sanasse mihi videor ita v. 16 ἐνδημῆσαι τ' ἐ[ν Λαρίσ]η[ι κ]α[θὼς πρε-

bachius eruit. Sunt complures iudices, unus scriba eos comitatus est. Laudantur Mylasenses, iudices, scriba; datur iudicibus, scribaė, liberis proxenia, nominantur *εὐεργέται*, tribuuntur iis civitas, *ἔγκτησις*, asylum pace belloque, alia *φιλάνθρωπα*, decretum collocatur in templo Jovis Eleutherii Larisae. Testes adsunt.

LXXXIX. Mitt. Ath. VII p. 355 n. 6 [34]). Titulus in museo Thebano servatus demonstrat ab altero populo ad foedus Boeotorum — est enim in eodem lapide ephe-borum catalogus, qualis in sola Boeotia esse solet — iudices legatos esse. Scriptura est alterius saeculi. Societas illa fuit inde ab anno 171—146 cf. Gilbert II p. 52. Hi igitur sunt termini. Haec debeo Wilamowitzio.

Tituli sequentes usque ad CVII saeculi alterius videntur esse.

XC. Pap. I n. 4. Cebrenae Troadis Assii iudices iudicaverunt; itaque decernitur, quod unum pernosci potest, ut honores publicentur ludis Heracleis [35]); iudices praeterea aliqua accipiunt et in prytaneum vocantur. Duabus

πει ἀνδράσι] καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς, v. 19 sqq. τοὺς δια[φερομ]|ένο<υ>ς, v. 26 το[ὺς δὲ δικαστὰς π]ρο[ξένους] ε[ἶναι] κ[αὶ εὐεργέτας τῶν]|Θεσσαλῶν καὶ αὐτοὺς καὶ [τέκνα] καθ' [ἃ νενόμισται], ε[ἶναι δὲ τὰς τιμάς τὰς αὐ]|τὰς (in titulo ταις) καὶ τῷ γραμματεῖ. V. 29 ἔγκτησιν ἀ[γρῶν? V. 33 in lapide ΑΙΑΠΑ. ΤΟ: ἀναγραψάτω? Sequuntur εἰς κίονα λιθίνην, v. 35 ἔγγυος [τᾶς προξενίας cf. Ditt. 215, Bull X p. 362, Mitt. Ath. VII p. 365, Le Bas II 1002, 1115, 1145, 1182, C. J. G. 1171—1173. De Larisa v. 16 cf. v. 34.

[34]) Nomina legatorum casu accusativo afferendi erant quoniam antecedit πρεσβευτάς; falso igitur Latichewius supplevit ὁ δεῖνα] Λέωνος (rectius Wilamowitzius Κλέωνος), Εὐκράτ[ης.

[35]) titulum sic restitui v. 2 sqq. Νικό]μαχον? Τετά|[ρτω, aliud nomen, Αγ]έμαχον? Μεν|[άνδρω δικάσταις παρελθ]όντ<α>ς, κατὰ τὰ| αὐτὰ δὲ καὶ ἐπαινέσαι 'Αριστόμ]αχον? — idem Telemachi nomen tribus illis legatis fuisse, id quod Sterretius commendavit, omni caret probabilitate — 'Ανοδίκει|[ον ἀποσταλέντα γραμματέα] τᾶς εἰς τὸν δᾶ|[μον εὐνοίας καὶ καλοκἀ]γαθίας. τοὶς δὲ ἄν|[δρας καὶ

columnis inciditur decretum, quarum altera exstruitur Cebrenae, altera, si recte suspicatur Sterretius, Assum mittitur. Contra editorem, qui tertio assignat saeculo, ego titulum alterius saeculi puto esse ob litterarum formas cf. Reinach *traité d'épigraphie* p. 203 sq.

XCI. Pap. I n. 7=Papers of the Archaeological Institute of America, classical series I p. 135 sqq. n. 2. Boston 1882. Civitati cuidam Joniae Assii dederunt duos iudices et unum scribam. Asso decernuntur laus et corona aurea Dionysiis *αὐλητῶν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ* (v. 8), iudicibus laus, corona aurea, aditus ad senatum populumque primis post sacra confecta, proxenia, scribae *θαλερὸς στέφανος*. Praeterea constituitur ut honores publicentur et ab Assiis idem petatur et ut loco conspicuo titulum erigant.

XCII. Pap. I n. 8. Judex Assius diiudicavit secundum Sterretium ca. 150 Stratoniceae in Caria causas, pro quo merito civitati Assiorum decernuntur laus et corona aurea, iudici eadem, praeterea ei et posteris civitas, inseritur *φυλῇ* et *δήμῳ*, honores proclamantur ludis musicis qui aguntur Romae deae. Assii admonentur, ut singulis annis eadem palam pronuntient decretumque in loco celeberrimo ponant.

XCIII. Pap. I n. 11 est decretum civitatis cuiusdam vulgari dialecto usae in honorem iudicum Assiorum [36]), quod Assum quoque portatum est.

λαβεῖν τοῖς τετα]γμένοις στε|[φάνοις τοῖς ἐννόμοις ε]ὐταξίας ἕνεκα.| [τὸν δὲ ταμίαν δόμεν] αὐτοῖσιν εἰς θυ|[σίαν.... δραχμαίς, ἀ]ναγγελλάτω δὲ |[ὁ κᾶρυξ ἐν τοῖς Ἡρακλ]είοισι ἐγ Κεβρῆν|[ι ὅτι ὁ δᾶμος στεφανοῖ τοῖς δικας]ταῖς κατὰ τὰ αὐ|[τὰ δὲ καὶ τὸν γραμματέα, καλέσαι δὲ εἰ[ς πρυτανήιον| [ἐπὶ ξένια, ἀναγράψαι δὲ sqq., v. 17 ἐν Ἄσ]σῳ δὲ εἰς τὰν ἀπ[ο|δοθεῖσαν ἐκκλησίαν ἐπελθόντες οἱ δειχθέντες πρεσβευταὶ ἀποδότωσαν τὰ ἐψαφισμένα κ. τ. λ.

[36]) Ego haec legi velim v. 3 sqq. τὸν δῆμον τὸν Ἀσ]σίων π[ρ]όνοια[ν| ποιούμενον εἰς τοὺς αἰτ]οῦ[ν]τας τὰ δικασ[τή|ρια ἴσως καὶ δικαίως. ἀν]αγρα[φ]ήτω τόδε| [τὸ ψήφισμα ἐν....]ῳ — Sterretius

XCIV. Newton III n. 420. Jassii a Prienensibus unum iudicem unumque scribam acceperant, gratia commoti decernunt civitati laudem coronamque auream, iudici laudem coronamque auream, scribae laudem et *θαλλοῦ στέφανον*, utrique proxeniam, civitatem eis et posteris *ἐν τοῖς ἐννόμοις χρόνοις* proponendam, aditum ad senatum populumque, porro ut ipsi titulum erecturi sunt ita ab Jassiis petere ut eum exstruant honoresque proclament Dionysiis. Recte Hicksius inde quod v. 22 *προςστῆναι* [37]) v. 69 *συντελεσσθῇ*, v. 57 *δέδωκαν* legimus, inscriptionem ca. 150 ponendam esse censet. Quae sententia firmatur eo quod *ι* adscr. deest ad *η*, non ad *ω* neque exstant formae litterarum ***A*** et ***Π*** recentes. Maxime notatu digna sunt verba tituli v. 13 sqq. *ἵνα οὖν.... καὶ οἱ λοιποὶ παραγινόμενοι δικάζειν εἰς τὴν πόλιν ζητῶσιν ἀξίως..... ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις* ct., cuius loci similis unus extat n. 418 (CXXV) v. 10 sqq. *ὅπως.... οἵ τε μετὰ τούτους παρεσόμενοι εἰς τὴν πόλιν ἡμῶν δικασταὶ.... προιστῶνται καὶ αὐτοὶ τῶν δικαίων μετὰ πάσης φιλοτιμίας.*

XCV. Newton III n. 436 Hicksius nominat much worn, cetera tacet. Sed agitur de civitate discorde, sive erant Prienenses sive alii, quae externis iudicibus usa est. Restituo enim titulum sic:

— — — — — — — — — — — — — — [*νομο-*
θ]*ετῶν παραγ*[*ενομένων πρὸς τὸν ἡμέτερον δῆ-*
<*μ*>[*ον*] *ἐπὶ κατα*[*λύσει τῶν διαφερομένων τᾶν μετοί-*

inuria scripsit ἐν Ἄσσ]ῳ sqq.; neque enim altera civitas constituere potest ut Assi exstruatur decretum; ergo ea potius civitas nominata est v. 6, quae honores decrevit — ἐν τῷ τοῦ Διὸς ἱερῷ, ὁ δὲ αἱ]ρεθεὶς ἀφικόμε|[νος εἰς Ἄσσον παρα]καλείτω αὐτοὺς [ὅπως φίλοι ὑπάρχωσι]<ν> [ἡμ]ῖ<ν> καὶ <κ>οιν|[ῇ φιλίᾳ ἐν παντὶ χ]ρῶνται χρόνῳ| [ὡς καὶ ἡμεῖς αὐτοῖς] φιλίαγ καὶ ἑτ[οι μότητα — St. ἑταιρείαν — φυλαξομεν· τὸ δὲ] ψήφισμα sqq.

[37]) non προς|<σ>τῆναι, sed προ<ς>στῆναι verbum corruptum ab Hicksio reddendum erat. De forma δέδωκαν v. Curtius das Verb. d. gr. Spr. II² 187.

κω[ν κ]αὶ τῶν πο[λιτῶν τῶν ἐγγενομένων περὶ τῶν κτημάτων [ἃ ἀδίκως περιποιεῖσθαί φησι ὁ δῆμος τοὺς [μετοίκους καὶ τούτων ἐργασαμένων μετὰ πά[σης σπουδῆς ὅπως ποιήσονται ταύτην τὴν κατά[λυσιν οὕτως ὥστε ἐν τῷ νῦν χρόνῳ ἔξεστι οὐδεμ[ία διαφορὰ ἔδοξεν τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι ἐπὶ τούτοις[τοὺς νομοθέτας κρίναντας πάσας τὰς δίκας ἀπὸ τοῦ δι[καίου ..... Formae litterarum *A* et *Π* sunt apicatae.

XCVI. Bull. V p. 101 sqq. commemorantur non solum litem Mylasensium cum Stratonicensibus sed etiam discordiam excitatam inter Mylasenses ab externis iudicibus sedatam esse. Itaque hic quoque enumerandus est titulus ut erat s. n. XXVI. Legitur numerus pluralis *ξενικὰ δικαστήρια*, item Le Bas II 35 (n. LXXXVI) *περὶ δικαστηρίων αἰτήσιος* et Newton III n. 419 v. 12 *παραγινομένων εἰς τὴν πόλιν δικαστηρίων*. Dubitationes, quae de plurali in Le Bas II 35 ortae sunt, locis collatis refutantur; erant certe complura tribunalia ut Athenis. Itaque n. XCIII *τὰ δικαστήρια* meo iure restituisse mihi videor.

XCVII. Bull. VI p. 245 = Arch. Österr. VI p. 47 adn. ex insula Paro iudex cum filio suo scriba Mylasam missus est. Pater ibi mortuus a Mylasensibus aureo vinculo coronatus est. Filius autem iudicia suscepit edenda. Quid huic exinde datum sit, nescitur, quia res sola commemoratur in titulo, qui patris sepulcro incisus est.

XCVIII. C. J. G. 3184 Smyrnaei[38]) vel secundum Boeckhium urbis pars vetusta et recens inter se causas habebant, quas cum iudices Clazomenii ad finem perduxissent, civitatem Clazomeniorum laudant. Cetera desunt. Secundum Herodotum I 16 ab Alyatte urbs diruta est, secundum Strabonem p. 646 per quadringentos annos Smyrnaei vicos habitabant, tum ab Antigono et Lysimacho († 281) rursum exstructa est. Cum autem scriptura recentior videatur esse anno 281, titulum hic attuli.

[38]) Wilamowitzius vv. 8—10 ita emendat: ἐποιήσαντο δὲ [τὴν δικαστείαν ἀξίως]| ἑαυτῶν τε καὶ τῶν χειρ[οτονησάντων αὐτοὺς πο λ]ιτῶν.

IC. C. J. G. 3640 = Bechtel ap. Bezzb. Btr. V 162 sq. n. 64 = ap. Collitz 318 = Cauer 434. Civitas quaedam quam Boeckhius conicit esse Cymaeorum in Aeolide decernit Lampsacenis propinquis ob ablegatum iudicem, qui *διέλυσε* et *ἐδίκασε*, laudem coronamque auream ludis in Herculis honorem celebrandis simul cum pronuntiatione, legato eadem praetereaque proxeniam, *πρόσοδον πρὸς βόλλαγ καὶ δᾶμον* et constituitur Lampsacenos orandos esse, ut Dionysiis haec promulgarent et in loco publico conspicuo proponerent. Boeckhius putat aetatem saeculo ab Alexandro Magno primo vix inferiorem esse, Bechtelius nihil certi proferri posse putat, ego ob formam apicatam litterae *Π* alterius saeculi titulum esse contendo.

C. C. J. G. 3568 f. Lites Peltis Phrygiae ortas ad finem perduxerat iudex Antandrius, cui scriba comes datus erat. Iudex dum in hoc negotio versatur, novi magistratus creati sunt. Neque tamen magistratus — id quod exspectes — sed ipse iudex petentibus Pelteniis *μετὰ τῶν συνδικαστῶν* (de quibus v. p. 83 sq.) susceptum negotium ad finem perduxit. Ea de causa Antandriis datur laus simul cum corona aurea et simulacro aeneo, eadem iudici, scribae laus, corona aurea, simulacrum pictum. Cetera perierunt.

CI. Curt. Progr. 13. Bargylietarum hic est titulus in honorem Samiorum qui tres iudices miserant, a quibus causae partim dilutae, partim diiudicatae erant. Accuratiora de origine et tempore vide in excursu III.

CII. C. J. G. 2167 c. Civitati nescio cui Joniae Methymnaei iudicem miserant; civitas illa gratia commota honores decernit. Ex iis quae servata sunt duas columnas erigi iussas esse elucet, quarum alteram

ut exstruant et simul decretum in honorem iudicum proclament, Methymnaeos orandos esse constituitur. Ex v. 17 *τῶν στεφάνων* et civitati et iudici Methymnaeo coronam datam esse efficitur.

CIII. Conze XII, 1. Civitas quaedam communi dialecto usa honores decernit Eresiis qui iudices miserant. Id erui, cum tituli lacunas sic effarcirem.

Γνώμη τοῦ δήμου· ἐπειδὴ ἐκ πλείονος χρόνου δι[κῶν — Wilamowitzius—
ο]ὐσῶν ἀδικάστων δημοσίων τε καὶ ἰδιωτικῶν ὁ δῆ[μος σπεύδων ὡς δικαιότατα κριθῆναι αὐτὰς εἰδὼς [Ἐρεσί-ου]ς φίλ<ου>ς ὄντας τῆς πόλεως ἡμῶν ἐκ παλαιῶν χρό[νων
καὶ π]επε[υ]σ[μένου]ς τὴν πᾶσαν ποιήσεσθαι σπουδ[ὴν ὅπως
ἐκπέμψουσ]ιν— inde a *καὶ* usque ad *ἐκπέμψουσιν* invenit Wilamowitzius— *ὡς ἐπιεικέστατ[α κρι-νοῦντας πρὸς τὴν π]όλιν τὴν Ἐρεσίων* .... Conzius p. 31 iniuria titulum Eresium esse credidit.

CIV. C. J. G. 2334 b = Le Bas III 1855. Judex et scriba Tenii laudantur, quod civitati cuidam causas sustulerunt. Tenos accipit laudem coronamque auream, id quod nuntiari iubetur Dionysiis; proedria, aditus ad .....? post sacra primis, laus, corona aurea iudici et scribae datur. Boeckhius semel habet *Π* quadratum et o, contra Le Basius apicatas dat litteras, praeterea *A* et apicatum et sine apice; itaque secundum hunc est alterius saeculi titulus. V. 63 contra usum Boeckhius supplevit *κατασταθέντες* scribendum *ἀποπεμφθέντες*. Constituitur enim Tenios orandos esse, ut apud se quoque renuntient edictum et coronent iudices.

CV. Mitt. Ath. VIII p. 127[39]). Phaesti multae caus-

[39]) Tituli initium hoc fere fuisse videtur a v. 2 sqq: Ἔδοξ]ε τᾷ πόλε[ι τῶν Φαυττίων περὶ |τ]ῶν δικασ[τῶν τῶν ἀποσταλέντων| ἐ]κ

sae erant, finem iis imposuerunt iudices Samii duo et Thessalonicensis unus.

CVI. Bull. VI 238 sq. n. 73[40]) Delphi civitati cuidam — quae Haussoulliero videtur esse Thebanorum inde quod Thebanus quidam laudatur titulo ab eodem lapicida inciso infra titulum tractatum — tribuunt laudem, iudicibus et scribae laudem et coronam lauream, eisdem et posteris proxeniam, isopolitiam, promantiam, asylum, immunitatem, proedriam ludorum ....., cenam. Columna ponitur in areae sacrae loco maxime conspicuo.

CVII. Le Bas II 194 b. Titulo Spartae invento laudantur cives Lacedaemonii ni fallor a civitate quadam, cuius *ἄρχοντες* decreti auctores videntur fuisse.

CVIII. Ross J. G. i. II p. 51 sq. n. 162 civitas quaedam communi dialecto usa Astypalaeensibus gratiam refert ob iudices missos, cum *στάσεις* in urbe motae essent. Putat editor ab illa civitate Astypalaeam iudices legatos esse. Sed vide modo quid legamus, si adhibes et Keilii Syll. p. 22 et meas coniecturas:

Θεοί.

Ἔ]δοξεν τῷ δήμῳ στρατηγῶν καὶ Λευκίου τοῦ Διον[υσί-ο]υ γνώμῃ· ἐπειδὴ τοῦ δήμου πέμψαντος εἰς Ἀστυπ[ά-λαιαν ἕν-ε]κα στάσε<ω>ν Λεῦκον Διονυσίου αἰτησόμενον δ[ικαστ-άς], ὁ δῆμος ὁ Ἀστυπαλαιέων εὔνους καὶ φίλος ὑ<π>[άρ-χων.

Rossii supplementa ferri omnino nequeunt. Utrum legato fuerit nomen Lucii an Luci discerni non potest. Forma litterae *Ξ* primum saeculum resipit. Reinachius formam qualis est ante Christum inveniri negat, sed cetera scriptura tituli

Θεσσαλ[ονίκης τοῦ δεῖνος τοῦ δεῖνος| ἐκ] δὲ Λαμίας [τοῦ δεῖνος....]| π<ω>νος....... v. 8/9 ᾇ vel tale aliquid]| κεχρημένοι οἱ δ[ικασταὶ οἱ ἠ|τη]μένοι.

[40]) v. 6/7 scripserim ὑπὲρ τῶν δια|φερο]μένων χρόνον πλείονα.

vetusta dubitationem excitat. Maxime gavisus sum quod inveni me fere omnibus in rebus cum Keilio consentire.

CIX. Bull. IX 13 sqq. Ad Drerios Gnosii miserunt unum iudicem, Lyttii singulos ex urbis parte superiore et inferiore. Gratiam relaturi Drerii Gnosios et Lyttios nominant *σωτῆρας, βοηθούς, ὑπερμάχους*, praeterea corona ipsos et iudices dignos videntur habere (v. 26). Haussoullier ob litteras *ω* et *Σ* quadratum semel occurrentes ponit titulumin saeculo altero, ego cum Reinachio de primo saeculo cogito et ob illas litteras et ob formam recentem litterae *Θ*. Sed cum Romanorumnulla fiat mentio, certe res tractata est ante 67.

CX. Le Bas II 1800 Andrii iudici Eleuthernaeo posterisque decernunt civitatem, praeterea ut sacrorum particeps fiat et ceterarum rerum aeque atque Andrii ipsi. Ligaturae, *Α* apicatum, (vv. 2 et 4), *Δ* recens suppeditant aetatem haud multo priorem Augusto. Contra v. 3/4 *τ]εῖ βουλεῖ* mendum videtur esse, nam talia saeculo primo non inveniuntur. De iudice agi ostenditur supplemento meo v. 4/5 *κρί[ναν]|τα*[41]).

Titulos qui sequuntur vel tempore imperatorio vel circa Augusti aetatem ortos esse litterarum forma ostendit. Omnes Mylasae inventi et ab ipsis iudicibus peregrinis insculpti sunt,qui ad Jovem Osogo venerabundi venerant. Sunt

CXI. Le Bas III 349. Nominantur unus iudex et comites, Waddingtonius scribam inseruit.

CXII. Le Bas III 350 Xanthii e Lycia unus iudex, scriba, comites nominatur. Item

---

[41]) Suppleo v. 1 εἰςήνεγκαν ὁ δεῖνα Παρμ]ενίδου .... [ἐπε]ιδ[ὴ Σωσθένης ἀποδείκνυται τὴν ἑαυτοῦ εὔνοιαν <πρ>ὸ<ς>| <ἡμ>ᾶ<ς> οὖσ<α>ν ἑαυτῷ χρε(ί)ας παρεχόμενος δεδόχθα[ι τ]|εῖ βουλεῖ καὶ τῷ δ<ή>μῳ Σωσθένην Ἀρίστωνος κρί[ναν]|τα Ἐλευθερναῖον πολείτην εἶναι τῆς πόλεως τῆς Ἀνδρίω]ν κ]|ατὰ τοὺς νόμους αὐτὸν καὶ ἐκγόνους καὶ με<τ>έ<χ>ει[ν αὐ]|τὸν <ἱ>ε<ρ>ῶν (sic Wilamowitzius) καὶ ὁσίων καὶ τῶν ἄλλων πάντ[ων ὅσων καὶ |Ἀ]νδρίους.

CXIII. Le Bas III 353 Erythraei unus iudex et scriba,

CXIV Le Bas III 356 iudex et scriba,

CXV. Le Bas III 357 Tloenses e Lycia iudex et alii.

Fortasse eiusdem classis exempla sunt:

CXVI. Mus. Ital. II punt. 1 p. 209 sq. n. 62 legitur:

— — — — *ἐδίκαζε ἢ μὴ ε....*

— — — — *λ]άζοι Ϝαστίαν δίκαν....*

Ϝαστία δίκα est civitas cf. Mus. Ital. II, 1 n. 84. Possunt hae reliquiae legis Gortyniae continuisse ut ei, qui futuris temporibus iudicasset iudex externus inter Gortynios, civitas daretur; possunt alia quoque enucleari. Aetas est fere saeculum V/IV.

CXVII. Le Bas II 1296 = Ussing 18. Secundum Ussingium a Phalannaeis laudatur Apollonides Gyrtonius sive Crannonius propter humanitatem animumque semper in reipublicae commoda promptum ac paratum vel in discordiis componendis vel in aere alieno solvendo (v. 30). Dubitari autem potest; nam v. 19 eodem iure expleri potest lacuna per *Ἀπολλώνι[ον Ἀπολλ]ωνίο[υ*[42]) cf. v. 31 supplementa mea. Haud libenter nomen patris omittimus, quamquam etiam alio loco fuisse potest. Si vera protuli, ille potest fuisse civis Phalannaeus. Scriptura saeculo tertio recentior non est.

---

[42]) Ussingius v. 20 praebet ι δια[τελεῖ, potest quoque conici ἴδια vel ἰδίᾳ cui opponeretur δημόσια vel δημοσίᾳ ut n. CIII. V. 23 commendo αὐτῷ καὶ] ἐκγ[όνοις, v. 29 fortasse recte πο]λεμίο[υς ἡ[μῶν: in lapide ΑΙΕΜΙΟ .. ΜΩΙ, tum v. 6 legendum esset δ]ια<λ>ύσας: in lapide ΙΑΘΥΣΑΣ. v. 31 sq. legi velim Ἀ]π[ολλων]|ιον Ἀ[πολλωνίου καὶ σ]τεφα[νῶσαι αὐτ]|ὸν κ[αὶ στεφάνῳ χρυ]σῷ [κ]αὶ ..., v. 34 ἀναγ]ράψαι [τόδε τὸ ψ]|ήφισμα εἰς [στήλην λι]θίνην: ΟΙΟΝΗΝ. v. 37 sqq. ὅ]τι ὁ δῆμος Φαλανναίων ἐ[πίσταται χάρι]|ν ἀποδιδόναι.

CXVIII. Bull. IV 265 cf. n. XXI. Ex v. 5 verbo *νομογραφίαν* concludi licet litigantes etiam petivisse, ut iudices leges sibi darent.

CXIX. Le Bas II 228 = Cauer 30 cf. n. XXIII. Geronthris iudices a concilio Euboeorum missi iudicasse videntur Foucartio. Fortasse ita res se habebat.

CXX. Bull. V p. 151 n. 2 *β* titulus Messenae repertus sic fortasse sanandus est: *Ἐπειδὴ οἱ ἀπεσταλμέ]νοι δικ[ασταὶ| πα]ρὰ τῆς Ε*[nomen urbis| . . . . *ονος Τ* [iudicum nomina| *τὰς κ]ρίσει[ς ἐποιήσαντο* . . . . Littera *Α* apicata monet, ne ante alterum saeculum titulum compositum esse credamus.

Caesarum aetate orti sunt tituli proximi, nn. CXX et CXXIII possunt propter scripturam etiam paullo antiquiores esse. Num huc pertineant nescio; homines commemorati non nominantur iudices. Sed cum Le Basius eos coniunxisse videatur cum titulis III 349 sq., 353, 356, 358a, ut collocatio demonstrat, et Waddingtonius titulis 349—358a adorari Jovem Osogo ab externis iudicibus censeat, eos alienos esse non contenderim. De 358a cf. n. CXXXVII. Sunt tituli hi Mylasae inventi:

CXXI. Le Bas III 351 adfuerunt Aphrodisienses et Sidetae,

CXXII. Le Bas III 352 Xanthii e Lycia,

CXXIII. Le Bas III 354 Xanthii e Lycia,

CXXIV. Le Bas III 355 Xanthii e Lycia.

1,2.

Una causa tractatur aut tractari iubetur (cf. nn. LXVI et LXXII)

CXXV. Newton III n. 418. Erythraei *δίκην μηνύσεως* — de quibus causis cf. Meier-Schömann-Lipsius p. 330 sqq. — per unum iudicem et unum scribam a Prienensibus misoss diiudicaverant. Civitas Prienensium et iudex laudantur et donantur corona aurea, scriba laudatur

et *θαλλοῦ στέφανος* ei tribuitur. Iudici et scribae simul cum posteris conceduntur proxenia, civitas, proedria ludis, ceteri honores legitimi; honores Dionysiis proclamantur, curatur ut etiam Prienes apographo deportato idem fiat et columna erigatur. Maxime memorabiles esse vv. 10—15 [43]) annotavi p. 63 ad n. XCIV. Secundum Hicksium titulus ca. 200 a. Chr. factus est, quod probo.

CXXVI. Ath. X p. 536 n. 9. est pactum Arcesinensium cum Alexandro quodam, quem Wachsmuthius [44])

[43]) Hicksius v. 2 dat τὸ παρὰ Ἐρυθραίων τιμῶν δικαστῇ Κλεάνδρῳ et annotat »τιμῶν *is a genitive of relation*«. Sed mihi structura Graeca videtur non esse; correxi τὸ π. Ἐ. τελῶν δ. Κλ.; v. 29 Hicksius ταῦτα, aptius ταὐτά, v. 31 ante ἀναγγειλάτω δὲ excidit enuntiatum quo titulus exstrui iubetur cf. vv. 37—39.

[44]) Wachsmuthius haec duo decreta pacta de mutuis ab Arcesinensibus, non ab altera civitate acceptis esse arbitratur, quia verba titulorum CXXVI sq. et n. LVII (Bull. VIII pp. 22 sqq. A), etsi simillima essent, tamen aliquatenus essent diversa. Et paene iisdem verbis utuntur n. LVII v. 30—46 et Ath. X p. 536 n. 9 v. 5—24. Vide modo

Bull. VIII *A* v. 30—46.	**Ath. X p. 536 n. 9 v. 5—24.**
ὅτι ἂν ἐνεχυράσηται ἢ εἰςπράξηται	ὅτι ἂν ἐνεχυρά]σηται ἢ εἰσπράξῃ
Πραξικλῆς μὴ εἶναι Ἀρκεσιν[εῦ]σιν ὑπό-	Ἀλέξανδρος μὴ εἶναι [Ἀρκεσινεῦσιν ὑπό-
λογον τούτων εἰς τὴν ἀπόδοσιν τῶν	λογον] τούτων εἰς τὴν ἀπόδοσιν τῶν
χρημάτων ὧν ὀφείλουσ[ιν. ἀ]ζημίους	χρημάτων ὧν ὀφείλο[υσιν. ἀζημίους
δὲ ἀφῆκαγ καὶ ἀνυπό[πτ]ους Ἀρκεσινεῖς	δὲ ἀφῆκαγ καὶ ἀνεμποδίστους Ἀρκεσινεῖς
καὶ ἐάν τινες ἄλλοι πράττωσιν τὰ χρή-	καὶ ἐάν τινες ἄλλοι [πράτ]τωσι τὰ χρή-
ματα, κελεύοντος Πραξικλέους· ἐὰν δέ	ματα κελεύοντος Ἀλεξάνδρου· ἐὰν δέ
τις Ἀρ[κ]εσι[νέω]ν ἀφα[ι]ρῆται ἢ τῶν	τις ἀφαιρῆται Ἀρκεσινέων τὰ ἐνέχυρα ἢ τῶν
οἰκούντων ἐν Ἀρκεσίνῃ τοὺς πράτ-	οἰκούντων ἐν Ἀρκεσίνῃ το[ὺ]ς πράτ-
τοντας ἢ ἐνίσ[τη]ται τῇ πράξει τρο-	τοντας ἢ ἐνίσ[τη]ται τῇ πράξει ἢ ἄρχων ἢ ἰδιώτης τρό-
πῳ ἢ παρευρέσει ἡτιν[ι]οῦν, ἀποτει-	πῳ ἢ παρευρέσει ἡτινιοῦν ἀποτε[ι-

Rh. Mus. 40. 1885 pp. 283 sqq. Arcesinensem esse contendit. Videtur hoc pactum ob eam, quae ei est simili-

[σάτω Πραξικ]λεῖ τ[ά]λ[α]ντον ἀργυρίου	σ]άτω Ἀλεξάνδρῳ ἀργυρίου δραχμὰς Δ[Δ]Δ . . ος
[κα]ὶ π[ρακτ]ὸς ἔ[στω] τοῦτο τὸ ἀργύριον	καὶ πρακτός ἔστω τοῦτο τὸ ἀργύριον
κ[αθάπερ ὠ]φληκώ[ς] δίκημ Πραξικλεῖ	ὡς ὠφληκὼς δίκην Ἀλεξάνδρῳ
ἐν τῇ [ἐκκλ]ήτῳ κατὰ τὸ σύμβολον	ἐξούλης ἐν τῇ ἐκκλήτῳ καὶ ὢν
τέλος [ἐχ]ούσης καὶ τῇ πόλει [μὴ ὑ]πό-	ὑπερήμερος καὶ τῇ πόλει μὴ ἔστω
λογος ἔ[στω] ταῦτα τὰ χρήματα εἰς τὴν	ὑπόλογος ταῦτα τὰ χρήματα εἰς τὴν
ἀ[πόδοσιν τ]οῦ δανείου, καὶ ἐάν τι βλά-	ἀπόδοσιν τοῦ<δ>α<ν>είου καὶ ἐάν τι βλά-
βος ἢ ἀνάλωμα γένηται εἰς τὴν εἴς-	βος ἢ ἀνάλωμα γένηται εἰς τὴν εἴς-
πρα[ξι]ν τῶγ χρη[μ]άτων, εἶ[ναι τ]ῇ [π]ό-	πραξιν τῶν χρημάτων, εἶναι τῇ πό-
λει τῇ Ἀρκεσινέωγ καὶ ἀποδότω καὶ	λει τῇ Ἀρκεσινέων καὶ ἀποδότω καὶ
τοῦτο τὸ ἀργύριομ μετὰ τ[οῦ] ἄλλ[ου]	τοῦτο τὸ ἀργύριον μετὰ τοῦ ἄλλου
δανείου· τῆς δὲ συγγραφῆς τῆσ-	δανείου· τῆς δὲ συγγραφῆς τῆσ-
δε [ὡ]μολόγησαν Ἀρκ[εσιν]εῖς μηδὲν	δε ὡμο[λ]όγησαν Ἀρκεσινεῖς μηθὲν
εἶναι κυριώτερον μήτε νόμον μή-	εἶναι κυτιώτερον μήτε νόμον μή-
τε ψ[ήφ]ισμα μήτε δ[όγμ]α [μή]τε	τε ψήφισμα μήτε δόγμα μήτε
στρατηγὸν μήτε ἀρχὴν ἄλλα κρί-	στρατηγὸν μήτε ἀρχὴν ἄλλα κρί-
νου[σ]αν ἢ τὰ ἐν τῆ[ι συγγ]ραφῇ γε-	[ν]ο[υ]σ[α]ν ἢ τὰ ἐν τῇ συγγραφῇ γε-
γ[ρ]αμμ[ένα] μήτε ἄλλο μηθὲν μήτε	γραμμένα μηδὲ ἄλλο μηθὲν μήτε
τέχνῃ μήτε πα[ρ]ευρέσει μηδεμιᾷ	τ[έχνη]ι μήτε παρευρέσει μηδεμιᾷ
ἀλλ᾽ εἶναι τὴν συγγραφὴν κυρίαν	ἀλλ᾽ εἶναι τὴν συγγραφὴν κυρίαν
[οὗ ἄ]ν ἐπιφέρει ὁ δανείσας ἢ οἱ πρά[σ-	οὗ ἂν ἐπιφέρῃ ὁ δανείσας ἢ οἱ πράσ-
σοντ]ες ὑπὲρ αὐτοῦ.	σοντες ὑπὲρ αὐτοῦ.

Vides verba eadem fere esse, desunt tamen in Ath. X 9 verba gravia κατὰ τὸ σύμβολον τέλος ἐχούσης eademque differentia videtur fuisse inter Bull. VIII A v. 12 καθάπερ ἐγ δίκης τέλος ἐχούσης κατὰ τὸ σύμβολον τὸ Ναξί[ων κ]αὶ Ἀρκεσινέων, 28 καθάπερ δίκην ὠφληκότων ἐν τῇ ἐκκλήτῳ κατὰ τὸ σύμβολον τὸ Ναξ[ίω]ν καὶ Ἀρκεσινέων τέλος ἐχούσῃ et Ath. X 9 ubi v. 4 sq. ob eadem verba versus 13 sq. secundum

tudo cum n. LVII esse alterius saeculi. Cuius generis tertium exemplum est

CXXVII. Ath. X p. 537 n. 10[45]), quem Cumanudes sagacissime explevit. E similitudine qua continetur cum nn. LVII, LVIII, CXXVI efficitur etiam hoc pactum de mutuis et eiusdem temporis esse ac tituli modo citati. Dedit editor litteras minusculas.

2, 1.

CXXVIII. Temporibus imperii Attici socii causas Athenis egerunt cf. Xen. resp. Ath. I 16—18, Antiph. V 47. Ubi sermo est de omnibus sociis, non de subactis solum; ergo spectant illi loci ad rem nostram (cf. etiam Isocr. XII, 63 et 66).

CXXIX. Res similis erat altera societate maritima facta, quo tempore causae quaedam et Athenis et apud socios ipsos instructae atque actae sunt cf. excursuum IV. Tria eius generis exstant exempla:

1 Ath. VII p. 95 n. 7 est pactum Naxiorum cum Atheniensibus de iurisdictione, factum anno 376 secundum Gilbertum I p. 418 adn. 2[46]).

Wachsmuthium restituenda sunt haec: καθάπερ δίκην ὠ[φληκότων ἐν τῇ ἐκκλήτῳ καὶ ὄν]των ὑπερημέρων. Idem putat diversitatem fuisse in erigendis decretis, nam Ath. X 9 Arcesinae tantum, Bull. VIII A etiam aliis locis videri exstructum esse. Quodsi Wachsmuthius recte suspicatus est, iam in initio tituli Ath. X 9 de ea urbe quae discerneret convenerat inter contrahentes; nam v. 14 legimus τῇ ἐκκλήτῳ, non ἐν πόλει τινι ἐκκλήτῳ. Si minus, tiluli Ath. X 9 et 10 respiciunt ad simile pactum inter Arcesinenses alterumque populum de urbe externa arbitra et decernitur causas ortas cum hominibus privatis, qui pecuniam mutuo dederant, discernendas esse item atque causas cum Praxicle Naxio et septem Astypalaeensibus nn. LVII et LVIII.

[45]) Non ταμείου v. 5 Cumanudi supplendum erat sed δανείου cf. Bull VIII pp. 22—27 A v. 39; Ath. X p. 535 n. 9 v. 16 Wachsmuthii emendationem recepi.

[46]) Titulum sic sanare conatus sum inde a v. 2:

— — — — — — — — — — — περὶ δὲ τῶν [μὴ λύεσθαι δυναμέ-

2. Mitt. Ath. II p. 142 sq. = Ditt. 79 est pactum illud saepe tractatum inter Iulietas et Athenienses anni 363/62; quo titulo constituitur, ut omnes causae supra centum drachmas aut Iulide aut Athenis liceret agi.

3. C. J. A. II 546 = Boeckh-Fränkel II pp. 312—317. Urbes Ceae cum Atheniensibus pepigerunt de rubrica exportanda; quod pactum si quis neglexerit, causam agere licere iubetur aut Cei aut Athenis. Erat 363/62.

His exemplis adiungamus ea, quibus docetur interdum iudices externos civitatem per tempus aliquod administrasse, cum n. CXXVIII et CXXIX adversarii ad externos iudices in terram externam se contulerint.

2,2.

CXXX. Le Bas III 420 laudatur unus iudex, qui una cum tribunali advocato Mylasam per tempus aliquod etiam administrasse censendus est (v. 7). Certe etiam ceteris iudicibus idem atque ei honores tributi sunt et apographum in eorum patriam missum est ut C. J. G. 2349 b (n. CXXXVI). Aetas est saeculum alterum.

CXXXI. Mitt. Ath. XI p. 116 sq. Est titulus Syrius, forte Melum deportatus, quo titulo Syrii Rhodios adierunt,

---

νων πρὸς τὸν δῆμο]<ν> τὸ<ν> Ἀθηναίων πέν[ψαι ἄνδρα πρεσβευτὴν ἐκ Νάξου] αἰτήσ<ο>ντα τούτους δέ[χεσθαι τὰς δίκας ὡς καὶ διὰ το]ῦ παρεληλυθότος χρόνο[υ τοὺς διαφερομένους ἡμῖν παντὶ τρόπῳ] διαλλάσσοντας ὁπόσα δ'ἄ]ν προσαγγελθῇ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ] Ἀπόλλωνος κατὰ τοὺς νόμους [κριθῆναι ἢ πρότερον κατὰ τὸ]ν διαιτητικὸν νόμον, ἐὰν μὲν ο[ἱ δικασταὶ συμφέρωνται τὸ δικαστήριον τὸ ἐν Νάξῳ, τὰ δὲ προσαγ<γ>[ελθέντα τοὺς δικαστὰς κρίνειν π]άντα ἐκ τοῦ νόμου. τὸς δὲ θεσμοθέτας [ἀνάκρισιν ποιεῖσθαι κα]τὰ τὸν νόμον. ἐὰν δὲ μὴ συμφέρωνται [οἱ δικασταὶ διακρῖναι] τὸ δικαστήριον τὸ Ἀθήνησι. τὰ δὲ προ[σαγγελθέντα ἀποδοῦναι τοῦτον ὃς] ἂν ἡσσηθῇ· μισθὸν δὲ τοῖς δικασταῖ[ς ὑπάρχειν — — — δραχμῶ]ν, ἐν δὲ τῇ ἐκκλήτῳ παρέχειν Ναξί<ω>[ν τοὺς ἑλόντας τὴν δίκην] λανβάνοντας τά τε πρυτανεῖα καὶ τὰ [κατηγορούμενα πάντα, ἐ]νάγειν δὲ τάς τε ἐφεσίμους δίκας καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα πάρεσ]τιν τοὺς θεσμοθέτας εἰς τὸν χρ[όνον τὸν ὑφ' ἡμῶν συγκειμενο]ν, ὁπόσα δὲ (ἂν) ἐν τῇ διαφορᾷ [μὴ διακριθῇ κ. τ. λ. Cumanudis coniecturas cur penitus reiecerim cf. excursum III.

ut *ἐπιστάτην* sibi mitterent (v. 4) qui res suas ordinaret (v. 10 sqq.)[47]) et rempublicam administraret. Dümmler ob verba *πρότερα εὐεργετήματα* (v. 6) agi putat de civitate, quae diutius iam fuisset sub Rhodiis, cogitavitque de Naxia, urbe Carica, quia v. 2 legimus *Θεόκριτος . . . Ναξίτης . . . εἶπεν* neque tamen editor cognitum habebat Naxia esse tribum Syri insulae, id quod Swoboda Mitt. Ath. XI p. 447 eruit comparato C. J. G. 2347c. Sedplus sescenties legitur, quod idem valet atque *πρότερα εὐεγετήματα, ἔν τε τοῖς πρότερον χρόνοις εὔνους καὶ φίλος ὤν*, cum tamen neutra civitas neutri subiecta sit; num unquam audivimus populum subactum decrevisse summum magistratum creandum et petendum esse ex dominis, ut eum eligerent et mitterent ut l. l. v. 3 sqq. et 24? Verbum *δοκιμάσας* v. 10 ostendit, quanta cum cura et providentia Rhodii eum elegerint. Hoc in populo subdito opus non est. Wilamowitzius collato Bull. X 118 effecit titulum ortum esse inter 189 et 168, cum Rhodii summa per mare Aegaeum florerent auctoritate.

3.

Colligam huc omnes eos titulos, qui continent causas privatas unius civitatis iussu regis aliusve potestatis ab externis iudicibus exactas. Talia edicta aut ad certam causam tollendam aut in tempus futurum edita sunt; iam tractemus priora.

3,1.

CXXXII. C. J. G. 2671 = Cauer 157 Calymniis Jasii quinque iudices miserunt ad causas dirimendas, qui

---

[47]) v. 10 sqq. lacunas sic explevi: . . . . Ὀχίδαν| τοῦ δεῖνος ὃς κα]ὶ παραγενηθεὶς εἰς τὴμ πόλιν| [τὴν ἡμετέραν πᾶσαν ἐ]ποιήσατο σπουδὴν καὶ| [φιλοτιμίαν ὅπως ἂν λύσας πάν]τα καὶ συναγαγὼν| [πάντας τοὺς διαφερομένους] τά τε ἀρχεῖα κατασ[τήσειε. v. 24 παρα]κληθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου.

plurimas diluerunt, nonnullas *διάτασαν*, decem diiudicaverunt. Erant plus trecentae quinquaginta causae. Tribuitur civitati laus, corona aurea quinque minarum, iudicibus eadem, proxenia et civitas ipsis et posteris, adscribuntur tribui cui volunt, datur proedria ludis, aditus ad concilium plebis post sacra; apographum Jasum mittitur ibique honores renuntiantur Dionysiis. Boeckhius titulum ob v. 44 sq. retulit ad exsulum restitutionem ab Alexandro Magno iussam. Sed recte Wilamowitzius me monuit decreta saeculi quarti non uti tot verbis quot l. l. et tribuit titulum quod per scripturam licet aetati Ptolemaei I aut II ante 262, nam post pugnam navalem apud Coum commissam de illis regionibus non apud Aegyptios sed apud Gonatam summa imperii fuit, donec Ptolemaeus Euergetes Asiam expugnavit cf. Droysen *Gesch. d. Hell.* III[2] 1, 241 et 276, 381 sqq. Termini igitur sunt 323 et 262 cf. n. CXXXV.

CXXXIII. Le Bas III 87 = Ditt. 165; Bargylietarum causas paullo ante 261 iudex Teius Antiochi Soteris iussu diluit. Ideo laudantur Teii omnes et iudex, cui etiam corona aurea et renuntiatio ludis gymnicis conceduntur, praeterea proxenia, nomen *εὐεργέτου*, civitas, *μετουσία πάντων ὧν καὶ Βαργυλιῆται μετέχουσιν*, aditus ad senatum populumque primo post sacra, cena in prytaneo, comitatus, Teii orantur ut decretum renuntient et proponant iuxta Herculis templum, datur apographum etiam regi et Alexandro ministro. De coniecturis cf. excursum III.

CXXXIV. Newton III n. 423. Civitas quaedam a Prienensibus accepit iudicem iussu Antiochi regis, quem Hicksius Antiochum Deum fuisse suspicatur. Termini igitur sunt 261—246. Videntur causae complures de negotiis fuisse, si recte restituo v. 6 sqq. *σπουδάζων| ὅπως συλλυθήσονται αἱ διαφοραὶ αἱ περ]ὶ τῶν συμβολαίω[ν| καὶ ἐμμενῶσιν οἱ διαφερόμενοι ἐς τὸ ἀεὶ τοῖ]ς συμβολαίοις.*

CXXXV. Newton II 261, 261a[48]), 261b. Editor putat verisimile esse ea eiusdem lapidis fragmenta et referri ad C. J. G. 2671 (n. CXXXII) »it may have reference to the same transactions as the decree of the Kalymnians of which a copy is preserved in a decree of Jasians C. J. 2671; quorum ego neutrum concedo. Nam mentio fit 261 v. 3 Ptolemaei regis, atqui Newtonius n. 2671 ab Alexandro Magno iussum esse censet, ergo tituli non spectant ad eandem rem neque ad idem tempus. At dixisti C. J. G. 2671 esse temporis Ptolemaei I aut II; recte, sed Newton II 261a praebet *A* apicatum et *Σ* recens, quae non conveniunt cum annis 323—262, deinde 261a loquitur de uno iudice, C. J. G. 2671 de compluribus. Puto igitur Newton II 261 et 261a eiusdem tituli partes esse et cum Wilamowitzio 261 v. 2 legerim *πρεσβευ]τής*, non *δικασ]τής* et credo esse eum titulum temporis Ptolemaei Philometoris (180—145). Cum autem 261b commemorentur complures iudices, 261a unus, neque causa est, cur titulos corruptos esse censeamus, 261b cum 261 et 261a coniungendum esse nego; est 261b decretum id genus, qualia multa fiunt in honorem hominum bene meritorum de republica alia.

CXXXVI. Le Bas inscr. cah. V p. 67 = Le Bas III 1802 = C. J. C. 2349b a Le Basio et Boeckhio positum est post 71 a. Chr.; ego infra in excursu V eum ca. 110 factum esse ostendam. Adramytteni discordiis intestinis vexati cum aliunde tum ab Andriis singulos iudices et scribas accesserant; deinde gratia commoti omnibus iudicibus decernunt laudem, cenam, dona ex lege, comitatum, antigraphum ad eos portandum. Mille septingentae drachmae ad haec datae sunt. Iudex An-

[48]) Additamenta v. 5 sqq. haec habeo: κατὰ τὰν το[ῦ δάμου εὔνοι|αν] ἐγ διαφορᾶς ὁμόνο[ιαν ἐγκαταστή|σας] πάντας συνάγαγε· δ[ιὰ ταῦτα ἔδοξε| τῷ δ]άμῳ ἐπαινέσαι τε [τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος καὶ| στεφανῶσ]αι χρυσῷ στε[φάνῳ τῷ ἐκ τοῦ νόμου vel simile aliquid.

drius dignus habetur corona aurea et imagine aenea, scriba corona aurea et imagine picta *ἐν ὅπλῳ*. Secundum vv. 5—7 Romani aliquas partes egerunt.

CXXXVII. Le Bas III 358a. De Mylasensibus iudicaverunt bini iudices et scribae, unus dicastagogus e Termesso Maiore, Pisidiae urbe; quia Caesennius Paeto proconsul commemoratur, is eos arbitros dare videtur iussisse. Eum sub Domitiano proconsulatu functum esse demonstrat Andresen ad Tac. ann. XIV cap. 29.

3,2.

CXXXVIII. Paus. VII 9, 5[49]. Cum Achaei et Lacedaemonii in litem incidissent anno 184 inde, quod Lacedaemonii ad foedus Achaeorum se applicare coacti ab Achaeis se male tractatos esse dixerant, a senatu Romano Appius collegaeque missi sunt, qui Achaeis concesserunt totam de Lacedaemoniis iurisdictionem praeter res capitales, *περὶ δὲ τῇ ἑκάστου ψυχῇ ξενικὰ σφισιν διδόασιν εἶναι δικαστήρια*. Egit de hoc loco Wachsmuthius Leipz. Stud. 1888, quem libellum inspicere non potui.

CXIL. C. J. L. I n. 203 = Ritschl. Prisc. Lat. mon. 30 = Mommsen ap. Bruns Font. iur. ant. Rom⁵ p. 158. Haec verba sunt gravia: v. 17 sqq. *ὅσα τε ἂν αὐτοί* — scil. tres nauarchi Asclepiades Philini f. Clayomenius, Polystratus Polyarci filius Carystius, Meniscus Irenaei qui fuit ante Meniscus Thargelii f. Milesius, quos propter merita in bello Italico (90—88) in populum Romanum praestita in amicorum populi Romani formulam referen-

---

49) Meier confudit Paus. VII 9, 1—5 cum Polyb. 38, 9 etsi et per collocationem apud Pausaniam et per res, quae narrantur, apparet locos esse diversos. Polyb. 38, 9 tribuendum est anno 146, Meier tribuit anno 148, Paus. l. l. est anni 184. Quid num mendose Meier pro 184 scripsit 148, tum duo illa facta in unum contraxit?

dos esse senatus censuit — *τέκνα ἔκγονοι γυναῖκέ[ς] τ[ε] αὐτῶν παρ' ἑτέρου μεταπορεύωνται ὅπως τούτων τέκνων (ἐκγόνων), γυναικῶν τε αὐτῶν ἐξουσία καὶ αἵρεσις (ᾖ), ἐάν τε ἐν ταῖς πατρίσιν κατὰ τοὺς ἰδίους νόμους βούλωνται κρίνεσθαι ἢ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων (ἢ) ἐπὶ Ἰταλικῶν κριτῶν ἐάν τε ἐπὶ πόλεως ἐλευθέρα[ς] τῶν διὰ τέλους ἐν τῇ φιλίᾳ τοῦ δήμου τοῦ Ρωμαίων μεμενηκυιῶν οὗ ἂν προαιρῶνται ὅπως ἐκεῖ τὸ κρ[ι]τήριον περὶ τούτων τῶν πραγμάτων γένηται.* Est hoc S. C. anni 78 a. Chr.

Non sunt recipiendi in numerum locorum ad rem pertinentium loci sequentes:

κε'. Mus. Ital. I p. 233—273, quamquam Comparetti p. 251 col. XI vv. 10 sqq. praebet *ὁ δὲ μνάμων ὁ τῶ κσενίω* et *ξένιον* dicit esse tribunal quod comparat p. 274 cum Poll. VIII 62 et Ditt. 344 (n. LXXXVII); nam Bücheler et Zittelmannus »das Recht von Gortyn« suppl. ad Mus. Rhen. n. s. vol. 40. 1885 p. 38 legerunt in lapide *ὁ δὲ μνάμων π[ρ]ὸ κσενίω ἀποδότο*, quod vertunt »der Merker aber soll als Gastgeschenk sie zurückgeben« id quod p. 165 explicant, quam interpretationem unam ferri posse per se quisque intelliget. Certe nunquam *ξένιον* tribunal significare potest. Tamen Comparetti ad

κς'. Mus. Ital. II p. 228 n. 82,4 *ξένιον κόσμον* eadem protulit annotatque ad ipsum hunc titulum Darestius Bull. XI p. 243 »il existait à Gortyne un *ξένιος κόσμος* comme à Ephèse un *ξενικὸν δικαστήριον*, comme à Rome un praetor peregrinus. Le *μνάμων τῶ ξενίω* dans la loi de Gortyne est donc le greffier du *ξένιος κόσμος*«. *Ξένιος κόσμος* nihil habet commune cum *ξενικῷ δικαστηρίῳ* sed est, id quod Darestius recte dixit, praetor peregrinus. De

κζ'. C. J. A. II 11 cf. excursum IV adn. 109.

κη'. Carap. p. 50 et p. 201 sqq. tab. 27 n. 2 (Egger)

= E. S. Roberts, Journ. of hell. stud. II p. 118 = Fick ap. Bezzb. Btr. III p. 277 et ap. Collitz n. 1351 incipit secundum Carapanum et Robertium *ἀπέ|λυσαν Τρύπωνα τοίδε ξενι[κ]α[ῖ κρ]ίσει*, secundum Fickium *ἀ. Τ. τ. ξενι[κ]α[ῖ λ]ύσει*; et Fickium vera protulisse elucet e similibus titulis Carap. 32,1 et 32,4 = Fick ap. Collitz n. 1360, Leake travels in Northern Greece nn. 176—179, Eph. arch. 1837—1842 nn. 192—195 ut Fickius monuit. Est igitur ratio quaedam liberandi. Scriptura secundum Eggerum est quarti saeculi, sed si *ο* et *ω* recte se habent, de altero potius cogitandum est.

κθ'. Newton II 261b cf. c. CXXXV; si omnes decreta eiusmodi huc referremus a recta via aberraremus. Ideo reicio etiam

λ'. Newton II 262[50]). Scriptura est alterius saeculi. Item

λα'. Newton II 290 sine ullo iure ab editore huc relatus est titulus.

λβ'. Ross J. G. i. III n. 312 p. 54 sq. = Bull. VII 62 sqq. ed. Dubois est factus anno a. Chr. 3. Est epistola Augusti ad Cnidios data, Astypalaeae inventa, de nece Eubuli Chrysippi filii. Rossius fabulatur complura de »iudiciorum quadam communione missis utrimque invicem iudicibus ad causas cognoscendas« comparatis C. J. G. 2152b (XXXVIII), 2349b (CXXXVI), 3568f (C), Ross J. G. i. II 162 (CVIII). Sane titulus forte transportatus est Astypalaeam, id quod saepius accidisse et notum est et supra p. 46 demonstravimus et ostendemus infra p. 89 cf. quoque Dubois Bull. VII p. 405 sqq.

---

[50]) vv. 2 sqq. haec fere fuerunt: ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ὁ] Ἰασέω[ν ἔν τε τοῖς πρότερον χρό|νοις εἰσεφέρετο] πᾶ[σαν σπουδὰν συμφερόντως| τῷ δάμῳ τῷ Κ]αλυμ[νίων ....

Partis alterius cap. B.

Tractavimus causas privatas et eas, quae erant inter cives duarum civitatum aut inter homines privatos et civitatem alienam et eas quae erant inter unius eiusdemque civitatis cives. Vidimus interdum inter civitates *σύμβολα* facta esse de causis futuris aut ad res, quae iam in ambiguo erant, decernendas. Quod causae privatae inter duas civitates non tam saepe acciderunt quam in eadem civitate, nihil miri habet. Quod *σύμβολα* non inveniuntur nisi in insulis casui deberi censeo. Causas privatas in eadem civitate ita ad finem perductas esse invenimus in Asia, insulis, tota Graecia, quin etiam quamquam raro in Magna Graecia. Putat Le Basius inscr. cah. V p. 72 sqq. ideo a civitatibus ad discordias intestinas diiudicandas accitos esse iudices externos, quod Graeci e foedere Delio, quantum valeret iudicium peregrinum, cognovissent et cum Cyclades diu Atheniensibus subiectae fuissent earum incolas ut peritos iuris Atheniensis creatos esse iudices. Similiter Christius non nisi a civitatibus parvis, imprimis ab iis quae fuissent foederis Atheniensis participes talia iudicia citata esse ratus est inde a tempore, quo defecissent a foedere illo, usque ad tempus, quo a Romanis subacti essent, etsi iam antea pauca exempla exstare concedit. Idem Sterretius Pap. I 7 (n. XCI). Sed quod Le Basio licuit dicere ob paucitatem titulorum effossorum, idem Christio et Sterretio non iam licuit tot inscriptionibus detectis. Nam et ante foedos Delium pauca exempla praesto sunt, neque vero invenies, quod e Christii et Sterretii sententia exspectes, saeculo quinto exeunte aut saeculo quarto plurima exempla, immo saeculo tertio et proximis permulta, saeculo quinto et quarto perpauca. Praeterea si foederi Atheniensi interfuissent omnes civitates supra allatae, quod non ita est, et statim post foedus ruptum hanc novam iudicandi viam ingressi

essent nihil haberet cur miraremur; nam ex eis maxime temporibus tradita sunt nobis permulta, tum praecipue commercium effloruit. Neque magis defendi potest Christii argumentum a magnitudine civitatum ductum; omnino non videmus cur parvae tantum civitates hac via uterentur. Quam placuerit hic diiudicandi modus demonstratur magno causarum ita exactarum numero et inde quod complures civitates saepius sic causas suas sustulerunt ut Bargylietae, Calymnii, Mylasenses et quod n. XCIV et CXXV mentio fit iudicum si qui forte postea venirent. Causas privatas inter duas civitates plerumque de pecuniis mutuo datis fuisse probabile est, contra causas in una civitate fuisse de omnibus rebus ad rempublicam administrandam pertinentibus exempla demonstrant. Tum duae factiones conciliandae erant, tum multae causae erant tollendae. Dolendum est quod nescitur ad quam rem spectaverit illa *μήνυσις* n. CXXV, utrum facta sit contra unum hominem an contra complures. In parte priore fere semper de una causa actum esse, ut hodie, res ipsa prae se fert. Urbs quae electa est, ut in posterum omnes causas iudicaret, sive inter duas civitates sive in una ut natura rei fert erat potentissima, ut n. LXII Mytilene et n. CXXVIII sq. Athenae. Thuc. I 24 (n. LXXI) petentes repulsam tulerunt ab altera civitate quam adierant. Num hoc saepius factum sit nescitur, lapides nemo exspectabit de ea re quicquam prolaturos esse, scriptorum non magni intererat quomodo civitates singulae turbatae in concordiam redissent narrare. Si n. LXI lacunas recte explevi, adversarii si inter duas civitates res erat primum ad tertiam civitatem proficisci solebant ut narrarent quid ageretur, tum demum ex ordine scriptum accusatorium componebatur,id quod per se quisque concluderet etiamsi exemplum illud deesset. Haud aliter lites partis prioris institutas esse in propatulo

est. Iudices aut soli iudicavere aut iudicibus domesticis additi sunt ut n. LVI. Sed valde dubito, num etiam ad causas unius civitatis dirimendas praeter peregrinos iudices domestici adhibiti sint. Nam patet ob fiduciam domesticis iudicibus a civitate seditiosa denegatam aliunde arbitros arcessitos esse; ergo incredibile est cum peregrini adessent patrios quoque cum iis sententiam dedisse. Unum quo probari videri potest exemplum iudices peregrinos interdum patriis additos esse exstat C. J. G. 3568 f. v. 24 (n. C). Quod si Boeckhius annotavit ad *μετὰ τῶν συνδικαστῶν* v. 24 aut complures in eadem causa aut singulos seperatim iudicasse, hoc non credo quia tum certe non essent nominati *συνδικασταί*, illud verisimilius est. Sed ex illo decreto id unum efficitur Peltenios, si iudex ille Antandrius recusasset ne etiam postea iudicaret quam novi magistratus creati essent, tum suo ipsorum tribunali recens creato contentos futuros fuisse; nam iudex ille primo tempore non habuit *συνδικαστάς*, sed collegae ei tum demum additi erant cum exactis iis ad quas dirimendas vocatus erat causis novas etiam suscepisset. Omnino quae Plutarchus de am. prol. profert de iis causis quas in parte priore tractavi (cf. p. 37) ad hanc partem multo magis videntur quadrare. Viri sapientissimi et iustissimi digni habiti sunt qui iudicarent ut Pelopidas n. LXXII. Eam ob rem saepius oraculum Delphicum[51]) consultum esse adnotavimus p. 52 adn. 27 neque tamen post 441 ob fidem oraculi maxime deminutam neque mirum

[51]) Meier p. 37 scribit »*Auch auf das delphische Orakel mag öfter compromittiert worden sein, weniger zwar von Einzelnen und hier wohl nur von hochgestellten Personen z. B. Medon und Neleus . . . ., aber von Staaten . . . .*; hoc nihil est. Nam si litigabant cives in una civitate, patria tribunalia adeunda iis erant, sin cives duarum civitatum, ἀπὸ συμβόλων causa erat instruenda. Cui autem tribunali Medon et Neleus rem deferrent nisi oraculo Delphico? Praeterea Meier causam Medontis et Nelei falso subiunxit causis a se tractatis quas ego in parte priore huius opusculi tractavi.

est, quod Graeci qui erant in Asia et alibi fiduciam diutius servasse videntur quam Graeci continentis id quod exempla partis prioris allata p. 10 adn. 5 demonstrant. Ut non solum una civitas sed tota societas via tractata processit, ita etiam non modo ex una urbe sed ex societate iudices expetiti sunt vel e toto populo (cf. n. LXIX, CXIX et in parte priore ut simile n. XXXIV). Plerumque ex una urbe iudices arcessiti sunt (cf. autem nn. CV, CIX, CXXX, CXXXVI), in symbolis semper, ut per se intellegitur, una civitas electa est. Refellitur quod Christius scripsit non certos homines sed civitatem advocatam esse quippe quae ne iudicium neglegeretur magis curare potuisset, fortasse autem expetitos esse viros nominatos. Quid? nonne Pelopidas iudicavit, nonne idem de Aeaco fictum est? Num civitas cogi potuit ut iudicium pro recto et iusto haberet neque neglegeret? Christius enim scripsit »es sollte eben nicht ein einzelner Privatmann, sondern der ganze Staat, in einigen Fällen sogar mehrere Staaten, wie früher das Bundesoberhaupt, mit ihrer Auktorität für Aufrechterhaltung des Urteilsspruches eintreten«. Sed quod iam p. 38 partis prioris dixi non tam potentiam quam virtutem respectam esse, quanto magis in causis hic tractatis fieri debuit. Est et argumento n. LXIX collatus cum Polyb. II 38, 6 sq., Strab. p. 183, n. LXXXIV collatus cum Polybio II 55, 9. Praeterea magnae civitates identidem e parvis civitatibus arbitros adsciverunt cf. n. LXX, LXXVII—LXXIX, LXXXI, XCVIII; quid? num illae civitates parvae efficere potuerunt ne iudicia sua despicerentur? Saepius iudicandi vis tributa est Andriis Assiis, Atheniensibus, Erythraeis, Pariis, Prienensibus et e populis p. 38 sq. nominatis qui semel iudicaverunt nominandi hic sunt Eretrienses, Gnosii, Megarenses, Rhodii, Samii; Lamii et in parte priore et in secunda semel

iudicaverunt. Nego enim inter partes opusculi discrimen faciendum esse quales fuerint causae sed quis sit honore iudicandi dignus aestimatus. Errat igitur Le Bas inscr. cah. V p. 73 sqq. cum dicit »*l'inscription de Andros (C. J. G. 2349b n.* CXXXVI) *nous apprend en outre.... que cette île était en quelque sorte une pépinière de juges, et qu' il était de mode à cette époque, en Grèce et en Asie Mineure, de recourir à elle pour composer les tribunaux des différentes localités*«. Boeckhius dubitavit, argumenta non attulit. Et eo magis Le Bas falsa via incessit quia Andrii non sunt arcessiti nisi n. LXXVII et C. J. G. 2349b n. CXXXVI ubi dubium est num Adramyteni eos adsciverint voluntarii? Videntur potius a Romanis iussi esse. Ob affinitatem civitatum iudices ex urbe propinqua adsciti sunt nn. LXXI, LXXXI, IC, CXXV, CXXXVI, CXXXVII et si οἰκεῖος sumis pro συγγενής etiam CI et CIV. Miretur quis quod tam raro affinitatem curarit civitas discors, sed facile explicatur: opus est non tam propinquis iudicibus quam amicis et benevolentiam populi arbitri saepissime elatam invenimus. Observamus autem de causis privatis idem quod erui p. 39 sq., scil. e loco ubi titulus inventus est saepe elucere a qua civitate factus sit, num ea fuerit civitas Graeciae, Asiae, ex insulis una. Causae quoque a regibus et Romanis decidi iussae non obstant. Exceptus est unus locus Bull. X 430 (n. LXXXVIII). Refellitur igitur quod Sterretius putat electas esse plerumque civitates magis remotas quam quae causas cognitas haberent. Praeterea quis omnes illas causas, quae decidendae erant, cognitas habere potuit et cui detrimento fuisset si eas nosset? Ne in iis quidem causis quae priore parte continentur, ubi arbitro multo maius emolumentum existere potuit si rem in alterius partis commodum tractaret, haec lex recte se habet, quanto minus hic!

Haud raro reges aditi sunt, sed res aliis mandaverunt sive duae litigabant civitates sive una cf. n. LXII. sq. et n. CXXXII—CXXXV. Servata est etiam lex quam Antigonus rex sibi fecerat Ditt. 126 (n. LXII) v. 50 sqq.: *ὅσα δὲ ἀντιλεγό]μενα ἦι, ἀναπεμφθῆναι πρὸς ἡμᾶς, ὅπως ἢ αὐτοὶ ἐπικρίνωμεν [ἢ τὴν πόλιν ἀποδεικνύωμ]εν τὴν ἐπικρινοῦσαν* sed eum nusquam ipsum decidisse demonstratur v. 29 sq. De foedere Achaico et Doride Hexapolide nihil constat, neque plus de foedere Aetolico scimus quia n. CVI et tempus et qui iudicarit incertum est. Legem, quam Dionys. Hal. IV 25 Jonibus fuisse inter se rixantibus affirmavit, de causis de quibus nunc agimus non valuisse videtur ratus esse et recte ille quidem cf. n. LXX, XCVIII, CXXV et quodammodo LXXXVII. Stratonicenses, Mylasenses, Bargylietae cur non Rhodiis sed aliis iudicibus usi sint explicatur ex odio Rhodiorum quod optime illustrat Cic. ad Qu fratr. I 1, 11, 33, si modo tituli XCII, XCVI sq., CI, CXXX tribuendi sunt annis 190 usque ad 168, cum Cares essent Rhodiorum sub dicione (cf. Marquardt *röm. Staatsverw.* I p. 344 adn. 8). Romani semel advocati sunt, cum civitas de qua agebatur nondum esset provinciae pars; causas quae erant in provinciis aut ipsi deciderunt aut alios iusserunt arbitrium edere, id quod demonstrant n. LXIV, CXXXVI sq., CXXXIX. Fortasse exspectes per praesides provinciarum omnino non licuisse tantas discordias fieri; sed exempla exstant. Videntur Romani discordias Mylasae ortas non curasse n. CXI—CXV et credat quis id factum esse quod Mylasa erat civitas libera. Sed dubito, num haec sententia defendi possit; nam primum hi tituli non sunt insculpti iussu Mylasensium neque sunt decreta publica, quare ex iis concludere non multum licet; tum n. CXXXVII tituli simillimi aetas definitur e proconsule Romano. Utut est iniussu Romanorum non licuit litigare; cur enim nisi ita esset Romani n. CXXXIX hominibus illis Milesio, Clazomenio, Carystio permitterent,

ut de rebus privatis agerent aut secundum leges patrias aut apud magistratus Romanos qui erant in provincia et in Italia aut apud iudices externos ex urbe quae fidelis et amica semperfuisset. Inde explicatur quod ipsi Romani causam privatam inter Gytheatas et duos Romanos cum ipsi decernere nollent (n. LXIV) Atheniensibus mandaverunt; erant enim Athenae una ex civitatibus quae foedere utebantur cum Romanis (cf. Marquardt *röm. Staatsverw.* I². p. 73, Tac. ann. II 53) et erant Xanthii et Termessii Tloenses cives liberi, Erythraei immunes sine foedere et liberi (CXI—CXV) et praeterea, si exempla n. CXXI—CXXIV huc spectant, Aphrodisienses et Sidetae. Cf. Marquardt *röm. Staatsverw.* I 47, 346 sq., 364, 375 sqq. Atqui Lycia libertate donata est sub Nerone aut Galba, ergo fortasse tituli CXII, CXV, CXXII—CXXIV eius sunt aetatis. Id autem certe sequitur errare eos qui Ditt. 344 (n. LXXXVII) *ξενικὸν δικαστήριον* munus praetoris peregrini significare putant. Non licet putare Ephesiis de rebus externis legislationem permissam fuisse, cum aliis civitatibus ne de intestinis quidem concessa esset.

Ante iudicium duae causae ad diaetetas pervenerunt (n. LXXXVII et CXXXII), quod num saepius factum sit discerni nequit. Numerus iudicum diversus est neque tamen aequat numerum eum quem in parte priore invenimus. Missi sunt optimi viri ut par est. Eam ob causam unus idemque saepius ablegatus est ut nn. LXXXI—LXXXIII Diodotus, Cleonymi filius, iudex et n. LXXIX et XCIV scriba Hegepolis, Hegiae filius. Saepissime enim scriba iudicibus additus est, semel duo scribae iis adiunguntur n. CXXXVII. Cur Le Bas II 35, 5 et 18 (n. LXXXVI) scriba ille nominetur *ὑπογραμματεύς*, non liquet, v. 39 enim appellatur *γραμματεύς*. Le Bas II 35 praeterea demonstrat scribam non semper expetitum esse sed additum a civitate aliena. Praeterea adest dicastagogus

n. LXXXI et CXXXVII, restituit Wilamowitzius eius nomen n. LXXXIII rectissime. Kenner[52]) n. LXXXI vertit illud »Sachverständiger, Einführer, Agent der Richter« quem addit alias datum esse a civitate turbata. Sed maxime dubia est haec res. Nam n. LXXXIII ille dicastagogus mittitur petiturus iudices, Cauer 431 (n. LXXXI) quartus ei datur locus etiam post scribam. Quid? num ibi quoque non est Erythraeus sed Mytilenaeus ut n. LXXXIII? Cf. praeterea n. LXXIX (Newton III 421) v. 14 verba *τοὺς μὲν] ἐπηγνῆσθαι ἐπὶ τῷ π[αρ]ὰ [Π]ριηνεῦσιν πρεσβε[ῦσαι* ... Mirum autem manet quod Cauer 431 dicastagogus corona aurea dignus habetur. Mitt. Ath. VIII 127 (n. CV) quid illa *παραγραφή* sibi velit me nescire fateor. Discidia maxima fuisse per se quisque suspicatur, testes certi adsunt n. CIX et Hdt. V 28 (LXX) *ἡ Μίλητος* ..... *ἐπὶ δύο γενεὰς ἀνδρῶν νοσήσασα ἐς τὸ μάλισια στάσι* .... Ingens moles causarum est C. J. G. 2671 (CXXXII) scil. aut plus quam trecentae et quinquaginta aut septingentae et quinquaginta aut etiam plures (servatum enim est *ακοσιᾶν πεντήκοντα,* ante *ακοσιᾶν* tres litterae exciderunt, ex his pleraeque dilutae, paucae ratione diaetetica sublatae, decem diiudicatae sunt). Hunc fere semper discernendi modum fuisse exempla allata demonstrant. C. J. G. 2671 tribunal externum adscitum est ad omnes causas agendas, contra C. J. G. 3568 f. (n. C), Peltenii non contenti tribunali praesenti donec novi magistratus creati sunt iudicem externum caressiverunt. Iudices iudicavisse secundum leges urbis, quae discordia laborabat, accurate ostenditur verbis ap. Newton III. 421 (n. LXXIX) v. 11 sq. *οἳ παραγενόμενοι*

---

[52]) Miror quod Kenner p. 341 »diese sendeten« inquit »wie es gewöhnlich zu geschehen pflegte, zwei Richter und mit ihnen einen Schreiber und einen Dikastagogen« contra p. 348 idem se aliud exemplum dicastagogi non nosse fatetur, Le Bas III 358a (CLXXIII) eum fugit. Quod dicit non inveniri tales nscriptiones nisi in insulis et Asiae urbibus errat.

εἰς τὴμ πόλιν ἐδίκασαν τὰς δίκας δικαί[ως] κατὰ τοὺς ὑπάρχοντας ἡμῖν νόμους. Cum nihil agebatur nisi causae, haud magno temporis spatio opus fuisse credo; sed iudices interdum advocati sunt ut aut rempublicam administrarent (ut n. CXXX sq.) aut novas darent leges (n. XCV et CXVIII.) Quod rempublicam interdum administravere arbitri peregrini testimonio est hunc morem tam vulgarem fuisse, ut qui iudices advocabant paene obliti esse videantur primis temporibus tum demum hunc morem valuisse, cum ipsi discordiam quomodo tollerent non iam haberent. Comparari possunt n. CXXVIII sq. Bull. VI 245 (n. XCVII) patre iudice mortuo filius qui ad id scribae munere fungens ei adfuerat causas exegit. Nisi scriba iudicis filius fuisset, non dubito quin iudicandi vis ad eum delata non esset. Quam diu verba facere licuerit litigantibus nescimus excepto uno loco (Newton II 299 = n. LXI); ibi priori orationi duodeviginti choës dantur, posteriori decem ac si ne tum quidem ad finem perventum esset, dum aqua effluxisset. Ut p. 45 prioris partis vidimus causarum iudices corruptos esse interdum, ita hac in parte idem demonstrat n. XCVI. Quid? quod n. XCVII Naxi, CXXXI Meli eruti sunt, putemus eo deportatos esse titulos quo firmior fieret conciliatio? Certe non; ratio enim deest. Iudices munere perfuncti praemiis affecti sunt. Christius et Sterretius (n. XCI) ea in re consentiunt primo urbem, iudicem scribam laudatos esse, postea additas esse coronas aureas, imagines, proxeniam, alia, postremo civitatem honorum participem non iam fuisse. Haec sententia defendi non potest, si comparas un. LXXVIII, LXXXI, LXXXVI, XCII, CIX, CXXXIII, cum LXXIV, CI, CIV, CVIII. Putant porro Le Basius inscr. cah. V p. 78 et Chriristius scribam semper minoribus honoribus dignum habitum esse. Certe pro iis stant nn. LXXIX—LXXXI, LXXXVI, LXXXVIII, XCI, XCIV, C, CXXV, CXXXVI:

contra eos CVI et ex priore parte n. XXXVIII quem hic addere liceat, lex igitur non fuit. Ego haec erui. Post annum 146 civitas nusquam in titulis quorum annus certus est,accipit coronam, n. XXXVII laudatur. Num n. XXXVIII civitas honoribus affecta sit non apparet; civitas nihil accipit n. CX et CXXXVI; n. CIX civitates laudantur ut *σωτῆρες, βοηθοί, ὑπέρμαχοι* et *στεφανοῦνται ταῖς μεγίσταις τιμαῖς*. Lex igitur statui nequit. Neque perspicitur lex si advertis ad praemia data aut a Graecia aut ab insulis aut ab urbibus Asiaticis. Magnae et parvae civitates partim eadem donant cf. nn. LXXXI, LXXXVI, XCVIII, C, CI, CXXXII; parva Jassensium civitas plura donat (n. XCIV) quam multae magnae civitates. Quam diversa dona interdum fuerint, demonstrant nn. LXXXV et LXXXVIII; prae Magnetibus Thessali fere nihil dant. Honores qui tribuuntur sunt laus, corona aurea sive *θαλερὸς στέφανος*, proxenia, civitas, aditus ad senatum populumque, imago aënea sive picta, *ἔγκτησις*, proedria in ludis, nomen *σωτῆρος, βοηθοῦ*, isotelia, *ξένια τὰ μέγιστα, εἴσπλους καὶ ἔκπλους* pace belloque, invitatio in prytaneum, asylum, comitatus, renuntiatio, collocatio decreti in loco publico, apographum. C. J. G. 2671 (n. CXXXII) ipsi iudices apographum in patriam deportant, aliis locis legati ad id electi. Fit etiam ut renuntiatio decreti saepius repetatur ut LXXIX, XCII, CI. Decreta collocantur aut in foro aut et in aedibus deorum, pronuntiantur diebus festis. Liberi posteri iudicum nonnumquam iisdem honoribus ornantur. Ubi tribunal ex iudicibus complurium civitatum compositum erat, et decretum commune et singula decreta singulis civitatibus fiebant, utriusque singula apographa ad singulas civitates mittebantur cf. nn. CXXX, CXXXVI. Ad coronam mittebantur saepius certa pecunia datur ut n. LXXIV centum drachmae, CXXXII quinque minae; praeterea ad sacra et pro *ξένια* quinquaginta drachmae n. LXXIV, ad sacra vis quaedam pecuniae n. XC, *ξένια* quinquaginta drachmarum, alia cf. C. J. G. 2349 b et Pap. I 8. Praedes constituuntur n. LXXXVIII. Societates decreta ponunt in urbe capitali cf. nn. LXXXV et LXXXVIII. Commemorem etiam honores a Delphis decretos Bull. VI 238 n. 73 (n. CVI), qui sunt civitati laus, iudicibus et scribae laus et corona laurea e templo Apollinis, iis et posteris proxenia, isopolitia, promantia, asylum, immunitas, proedria in ludis, cetera honesta, convocatio ad *ξένια ἐπὶ τὰν κοινὰν ἑστίαν*, collocatio decreti in templi loco maxime conspicuo. Extremo loco tangam quod Christius plerumque titulos inventos esse contendit in patriis iudicum quia ibi ambitio iudicis et familiae ne perirent providisset. Certe ex parte altera libelli mei usque ad annum 1866 a Christio stant quattuordecim tituli, contra eum septem, in universum undetriginta pro eo, duodecim contra eum. Ratio paene est 5 : 2. Nemo autem negabit idem de titulis partis prioris libelli mei valere debere si modo Christius recte monuit. Ecce usque ad 1866 pro eo dinicant unus, contra eum tres, in universum duo pro eo, octo contra eum i. e. 1 : 4. Vides me si vellem meo iure contrarium affirmare posse. Sed casui deberi puto ubi titulus sit servatus, non familiis memoriam meritorum maiorum retinere cupientibus.

Haec habui quae dissererem neque tamen nego nonnulla ex iis quae protuli fortasse ab alio everti posse si quis in res singulas accuratius inquisiverit quam mihi licuit et propter materiei magnam molem et propter temporis angustias. Satis multi tituli corruptiores sunt et maioribus hiant lacunis quam ut omnia quae continuerint cognosci possint. Nec facere potui ut diligenter circumspicerem utrum urbes litigantes semper revera liberae fuerint an regi subiectae. Huius vel illius tituli aetatem etiam accuratius erui potuisse puto collatis scriptoribus. Sed haec omnia sunt eius qui data materie res singulas summa diligentia tractare instituerit. Quare si laboris magnitudine hic illic obrutus interdum erravi veniam me impetraturum esse spero.

Excursus I.

Eph. arch. 1862 p. 266 n. 240 (n. LXIII).

Tituli lacunas sic fere sanari posse puto:

[Ἐπειδὴ Βάκχων τοῦ δεῖνος πρεσβευτὴς παρ'
ἡμῶν παρεγένετο πρὸς Κώους κελευσθεὶς ὑ-
πὸ τοῦ βασι]λέως[53]) Πτολεμαίου καὶ [παρὰ τῆς
πόλεως ᾐ]τήσατο[54]) δικαστὰς καὶ ἰδία[ς καὶ δημο-
σίας δίκα]ς[55]) διακρινοῦντας περὶ τῶν ἀμφις-
βητουμέν]ων[56]) συμβολαίων καὶ ἡ πόλις ἡ τῶν
Κώων ἀπέ]στειλεν[57]) ἄνδρας καλοὺς κἀγαθοὺς [οἵτι-
νες καὶ ἀφικ]όμενοι[58]) πρὸς ἡμᾶς περί τε τῶν ἀπὸ
τῶν συμβόλ]ων ἀμφισβητήσεων καὶ τῶν ἄλλω[ν
τῶν παρ]α[γγελθέν] των[59]) αὐτοῖς ὑπὸ τῆς πόλεως [καὶ
τοῦ βασι]λέ<ω>ς[60]) τοὺς (μὲν)[61]) τῶν διαφερομένων ἀνα[κρί-
νάμ]ενοι[62]) πολλάκις ἐς αὐτοὺς διέλυον συμφ[ε-
ρόντως][63]) τοὺς δὲ διέκρινον μετὰ πάσης δικαι-
οσύνης[64]) πλείο]νος δὲ αὐτοῖς τοῦ χρόνου γενομένου
ἐπὶ τῶ]ν[65]) κρίσεων καὶ βουλομένων τῶν σ[ταλέν-
των ἀνδρῶν ἐπανελθεῖν] πρὸς τὰ ἴδια ὁ δῆμος [ἐπαι-
νεῖ τοὺς δικαστὰς] τοὺς μετὰ Βάκχωνος [ἐλθόντας ἀ-
ξίως παρ' ἡμῖν] μείναντας καὶ τὰ λο[ιπὰ καλοὺς κἀ-

[53]) Saccelion βασι]λέως, [54]) S. κατεσ]τήσατο. [55]) S. τοῦ]ς, [56]) debeo S., [57]) ἀπέ]στειλεν S., [58]) καὶ ἀφικ]όμενοι S., [59]) ἄλλω[ν]—[παρ]α[γγελθέν]των S., [60]) λεις: corr., [61]) μὲν inserui cf. v. 11 τοὺς δέ, [62]) S. ἀναθέμ]ενοι, [63]) S. συμφό[ρως. [64]) et [65]) debeo S., [66]) mutavi ob μείναντας v. 16., [67]) ΟΑΙΝΑΞ . . ΣΟΔΕΚ: corr., [68]) ἐπιήσαντο: corr.

γαθοὺς ὄντας δι]εξαγ(αγ)όντας[66]) μὲ[ν τὰς ἀμφισβη-τήσεις
τὰς εἰς τὰ συμβ]ό(λ)αι<α> ἀξ[ίω]ς (π)ό<λ>ε-<ω>[67])[ς ἑκατέρας
καὶ ὅτι διαλλάττε]σθαι βουλόμενοι [τοὺς διαφερομένους
πολλὴν σπου]δὴν ἐπ(ο)ιήσαντο,[68]) ὅπως τοῦτο ποιῶσιν
ὁσίως καὶ ἀ]ξίω[ς ἑαυτῶν τε καὶ τῆς ἀποστειλάσης
αὐτοὺς πόλεως] κ. τ. λ. . . . . .

Ptolemaeus rex et Coi aliquas partes agunt. Secundum Droysenium *Gesch. d. Hell²*. II 2, 82 sqq. anno 309 Coi venerunt sub potestatem Ptolemaei I, anno 309 Ptolemaeum II ibi natum esse affirmat Droysenius II 2, 94; inter 247 et 239 Coi etiam erant in dicione Aegyptiorum cf. Droysen III 1, 380. Termini igitur sunt anni 309 et 247/39.

Excursus II.

Mitt. Ath. VI p. 304 (n. LXXXV.)

Sic restituo titulum *A*:

1. Nomen *στρατηγοῦ* exiens in *]ος στ[ρ]α[τη]γ[ὸ]ς*
Μαγν[ήτ]ων καὶ Μει<ξ>[ίας][69]) *γραμ[μ]α[τ]εὺς συνε-*
δρίου Κλειτορίων [το]ῖς δ[ημιουργοῖς καὶ τῷ δήμῳ[70])
2 *χαίρειν·* ‖ nomen iudicis][71]) *τὸν π[αρὰ ὑμῶν] ἀποσταλέν-*
τα π[αρ᾽ ἡ]μᾶς vel *π[ρὸς ἡ]μᾶς δικ[ασ]τὴν γινώσκετε*
3 *ἔν τε [τοῖς ἄλλοις πᾶσιν πεποιηκότα τὰ ἑαυτοῦ,* ‖ *καθ᾽*
ὃν τρ]όπον καὶ ἄξιον ἦν ἀνδρὶ καλῷ τε [κἀ]γαθῷ, τ[ή]ν
4 *τε ἀναστρ[οφ]ὴν πε[ποιημένον καλῶς καὶ*[72]) *ἀξίως ὑ-*‖*μῶν*
τε] καὶ το[ῦ] κοιν[ο]ῦ τῶ[ν] Μ[α]γνήτων [καὶ το]ὺς Μά[γ-
ν]ητας ἐψηφ[ισ]μένου[ς αὐτῷ τιμὰς τὰς ἁρμοζούσας τε
5 *καὶ* ‖ *εὐπρεπ]εῖς κ[αὶ τόδε], ὅ(τ)ι καὶ τοῖς Μ[ά]γν[ησι]ν [δέ-*
δ]οκται [π]ρονοηθ<ῆ>ν[αι] vel *προνοηθέν[τας εἶναι* cf.
B 4], *ὅπω[ς ἀναγραφῇ τό ψήφισμα εἰς στήλην λιθίνην*
6 *καὶ]* ‖ *ἀνατεθῇ ἐν τ[ῇ ἀγο]ρᾷ [ἀπ]εστ[ά]λκ[αμεν δ]ὲ*
ὑμῖ[ν][73]) *καὶ τοῦ ψηφί[σματ]ος τ[ούτου ἀντίγραφον·*
7 nomen *στρατηγοῦ* exiens in *]ος στρα[τηγὸς εἶ]πεν·*
ἐπεὶ τῶ[ν Μ]α[γνήτ]ων ἀπ[οσ]τειλάντω[ν πρὸ]ς τὴ[ν πόλιν

---

[69]) MEIKI . . . . : corr. Wilamowitzius, ut nomen proprium Graecum fiat, [70]) καὶ τῷ δήμῳ addidit Viereckius, sodalis seminarii Gottingensis, [71]) Δωρόθεον Viereckius, [72]) καλῶς καὶ add. Wilamowitzius, [73]) ἀπεστάλκαμεν δὲ ὑμῖν W. et V.

8 *τῶν Κλειτορίων περὶ δικαστοῦ αἰτήσεως ἄνδρας* ‖ *ἐξῃρη*
μέ]<ν>[74])*ου[ς Ἀσκληπιά]δην Δει[νίου] . . . ρόστ[ρα-*
τ]<ο>ν[75]) *Πατρέω[ς*[76]) *Ἀ]ρχίαν [Πανσιμάχου* vel *Παυ-*
9 *σανίου*[77]), nomina ‖ legatorum] *ΕΛΛ. . . . . ς καὶ ἀκολο[ύ-*
θους τ]έσ[σαρας] ἀξιουμέν[ου]ς πέμψ[αι τοὺς Κλειτορίους
10 *ἄνδρα δικαστήν, Κλειτορίων δὲ φί-*‖*λων ὑπ]<αρχ>*[78])*όν-*
τ[ων νῦν] <τ>ε[79]) *[κ]αὶ [πά]<ν>*[80])*τα [χ]<ρ>*[81])*ό[νον*
σὺν Λυ]σία[ι Λ]υσιμάχου[82]) *καὶ Ἀσκλ[ηπιάδῃ Δεινίου*
11 *καὶ τοῖς ἀκολούθοις χαριζομένων* ‖ *τοῖς ἀπο]στόλ[οις*
ἀποστειλάντων καὶ [πρὸς τὸ] κοινὸν [τ]ῶν Μαγνήτων
12 *διεξ[άξοντα τὰς δίκας τοῖς Μάγνησι δικαστήν, ὃς καὶ ἐ-* ‖
ποίησ]ε τα<ῦ>[83]) *τα [ἀξίω]ς τοῦ δικαίου, δεδ[όχθαι] τοῖς*
συνέδροις ἐπ[αινέ]σαι μὲ[ν τοὺς Κλειτορίους ἀποστείλαν-
13 *τας ἄνδρας]* ‖ *καλοὺς καὶ ἀγ[αθοὺς] ὁμοίως δὲ καὶ [τοὺς*
δικα]στὰς [Δω]ρόθεον Λαμ[ήδου] Κρατήσ[ιππον[84]) nomina
14 iudicum ‖ *ἐπαινέ]σαι ἐ[πὶ*[85]) *τῇ ἑ]κάστ<ο>υ <ἀρ>ε-*
<τῇ>[86])*[ι καὶ εὐνοί]<α>*[87])*ι καὶ στεφανῶσαι ἕκαστον*
15 *αὐ[τῶν χρυσῷ στεφάνῳ τῷ ἐννόμῳ*[88]), *εἶναι δὲ αὐ-* ‖ *τοὺς*
προ]ξέν[ους τοῦ] κοινοῦ τῶν Μα[γνήτων] αὐτ[ούς] τε καὶ
ἐκ[γόν]ους, ὑπά[ρχειν δὲ αὐτοῖς καὶ ἀτέλειαν καὶ ἀσυλίαν
16 *κατὰ]* ‖ *γῆν καὶ κατὰ θ[άλασσα]ν κ[αὶ] ἐν πολέ[μῳ καὶ*
ἐ]ν εἰρήνῃ καὶ τὰ ἄλλ[α τί]μια ὅσα [καὶ τοῖς ἄλλοις εὐερ-
17 *γέταις τοῦ κοινοῦ τῶν* ‖ *Μα]γνήτω[ν, δοθ]ῆναι δὲ καὶ*
ξένι[α ἑκάστ]ῳ αὐτῶν τὰ μέγισ[τα ἐκ τῶν κοινῶν χρημά-
18 *των, καλέσαι δὲ καὶ αὐτοὺς εἰς τὰ κοινὰ ἱερὰ*[89])] ‖ *τῶν Μαγ-*
νήτων, [ἀναγρ]άψαι δὲ καὶ τὸ [ψήφισμα ε]ἰς στήλην λιθί-
νην [καὶ ἀ]ναθεῖ[ναι εἰς τὴν ἀγορὰν παρὰ τὸν Ἀπόλ-
19 *λωνα??* — — —] ‖ . . . . *Λ*. . . . . *ΗΤΑΣΤΗΣΑ*
. . . . *ΗΣΙ* . . . . *ΩΝΕΩΣΧΑΛ* . . . . *ΣΤΑΔ* — — —

---

[74]) ΓΟΙ, [75]) ροστ . . . ων: ρόστ[ρατ]<ο>ν W., [76]) Πατρέω[ς W. et V., [77]) Παυσανίου W. cf. B 10, [78]) MI: corr. cf. adn. 86, [79]) ΔΕ: corr., [80]) ATA: corr., [81]) [: corr., [82]) Λυ]σία[ι Λ]υσιμάχου W., [83]) litterae Π vestigia: corr. V., [84]) Λαμ[ήδου] Κρατήσ[ιππον W., [85]) ἐπαινέ]σαι ἐ[πὶ W., [86]) ΚΛΣΤ⌒ΙΜΙΗ: corr. cf. adn. 78, [87]) ΔΙ: corr., [88]) δραχμῶν x W., [89]) τὰ κοινὰ ἱερὰ W.

20 — — ‖ — — — — — *ΝΔΕ καὶ ΠΡΟΣΤΑ* — — — —
— *ΓΩΙΛ* — — *τὸν στρατ[ηγὸ]ν καὶ ΜΙ* — — — —
21 — ‖ — — — *ΛΣ τὸ ψήφισμα, ἀνα[δόντω δὲ τὴν εἰς
τὴν] στήλην ἀνά[λω]σιν κα[θὼς νομίζεται τοῖς Μάγ-*
22 *νησι τοὺς ταμίας, ἀναθεῖ-* ‖ *ναι] δὲ [εἰς τὴ]ν ἀγορὰν
[παρ]ὰ τὸν Ἀπ[όλλωνα? Δημητριάδ]ι*[90]) *δὲ ἐν τ[ῇ
ἀ]γορᾷ [ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Ἰωλκίας. Ἔδοξε*
23 *τῇ βουλῇ κ]αὶ τ[ῇ] ἐκκλησία[ι.*

Titulus B.

1. *Δη[μητρι]<έ>[ω]ν*[91]) *οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ νομοφύ-
λ[ακες Κ]λ[ειτορ]ίων τοῖς δ[ημιουρ]γοῖς κ[αὶ τῷ δήμῳ*[92])
2 *χαίρειν.* Nomen iudicis *τὸν παρ' ὑμῶν* ‖ *ἀ]<π>*[93])*ο-
στ[αλέν]τα δικαστὴν γινώσκετε [ἔν τε τοῖς ἄλλοις πᾶ]σιν
πεποι[η]κ[ότ]α τὰ [ἑαυτοῦ, καθ' ὃν τρόπον καὶ ἄξιον ἦν*
3 *ἀνδρὶ καλῷ]* ‖ *κα[ὶ ἀ]γ[αθῷ, τήν]τε ἀναστροφὴν πε[ποι-
ημένον] ἀξίως ὑμῶν τ[ε κ]αὶ τοῦ [ἡμετέρου δήμου καὶ τοὺς*
4 *Δημητριέας]* ‖ *ἐψ[η]φισμένους αὐτῷ τιμὰς καλ<ὰ>*[94])*ς
ὑ<π>*[95])*[άρχειν ὥ]ς τε προνοη[θέν]τες [ἐσμέν, ὅπως*
5 *ἀναγραφῇ τὸ* ‖ *ψήφισμα εἰς στ]ήλην λιθίνην κα[ὶ ἀνα-
τεθῇ ἐν] τῇ ἀγορᾷ [ἐ]ν τῷ [ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς*
6 *Ἰωλκίας*[96]) *καθὼς νομί-* ‖ *ζεται] καὶ τῷ ἡμετέρῳ δήμῳ·
ἀπεστ[άλκαμεν]*[97]) *δὲ ὑμ[ῖν καὶ τοῦ ψηφίσματος τούτου*
7 *ἀντίγραφον]* ‖ *Ἐ[πὶ* nomen *στρατηγ]οῦ μηνὸς Λ* (nomen
mensis) *[Δημητριέων] τῇ ἀγ[ορᾷ*[98]) *δέδοκται. Ὁ δεῖνα*
8 *εἶπεν·* ‖ *Ἐπειδὴ ἀποστει]λάντων ἡμ[ῶν πρέσβεις εἰς τὴν]
πόλιν τῶν [Κ]λ[ειτ]ο[ρίων περὶ δικαστοῦ αἰτήσεως*
9 nomina legatorum ‖ .... *Ἀσκληπιά]δην Δεινίου Και*
[nomina] *Τ* — — — — *ΙΩΝΑΙ* .... *Λ* — — —
10 — — ‖ — — — — — — *Ν Ἀρχίαν Παυσ[ιμάχου* vel-
ανίου[99])*] καὶ ἀκολο[ύθους ἀξιουμένους πέμψαι τοὺς*

[90]) ΛΑΙ: Δημητρι]άδι corr. W., [91]) ΔΙΙ .... < Ν: corr. W. et V., [92]) κ[αὶ τῷ δήμῳ de W. et V., [93]) Ι: corr., [94]) vestigia litterae Ω: corr., [95]) Μ: corr., [96]) Ἀρτέμιδος τῆς Ἰωλκίας W., [97]) ἀπεστ[άλκαμεν W. et V., [98]) v. 7 usque ad ἀγ[ορᾷ W., [99]) Παυσ[ανίου W.

11 *Κλειτορίους ἄνδρα δικαστὴν* ‖ *πρὸς ἡμᾶς, Κλε]ιτόριοι
μὲν Δ .... ΕΟΝ* — — — — *ΛΙΓΕΙ.Λ[* — — — — —
12 *ἔπεμψαν* ‖ *δὲ καὶ] δ[ικα]στ[ὰς τά τ'] ἄλλα ἄνδρας κα-
[λο]ὺς καὶ ἀγαθοὺς [ὄντας καὶ παρεπιδημήσαντας ἐν*
13 *τῇ πόλει ἡμῶν ἀξίως ἡμῶν τε καὶ ὑ-* ‖ *μῶν τῶν]
ἀποστε[ι]λάντων καὶ τὰ[ς ἡμ]ετέρας πόλ[εις*[100]) *εἰς
τὴν πρότερον οὖσαν ὁμόνοιαν καὶ διάθεσιν καταστή-*
14 *σαντας* ‖ *ἀξίω]ς τοῦ δικαίου, δεδόχ[θαι] τῇ βουλῇ καὶ
τῷ δ[ήμῳ ἐπαινέσαι μὲν Κλειτορίους ὅτι εὖνοι διατε-*
15 *λοῦσιν ὄντες ἡμῖν ἀπ-* ‖ *έστειλαν δὲ] καὶ ἄνδρας καλ[οὺς]
κἀγα[θο]ύς, ὁμοίως δὲ καὶ ἐ[παινέσαι τοὺς δικαστὰς*
nomina, fortasse eadem atque in *Α* quia etiam le-
16 gati iidem sunt ‖ — — — — — — — *]ΟΝ ἐπὶ τοῖς πε-*
17 *π[οιη]μένοι[ς] καὶ στε[φα]νῶ[σαι ἕκαστον αὐτῶν χρυσῷ?* ‖
*στεφάνῳ] τῷ ἐκ τοῦ νόμου καὶ εἶναι αὐτοὺς καὶ ἐκγ[ό-
νους προξένους τῶν Δημητριέων*[101]) *ὥσπερ γεγένηνται*
18 *πρόξενοι τοῦ* ‖ *κοινοῦ τῶν] Μαγνήτων, [ὑπ]άρχειν δὲ
αὐτοῖς καὶ ἀτέλει[αν καὶ ἀσυλίαν κατὰ γῆν καὶ κατὰ*
19 *θάλασσαν πολέ-* ‖ *μου καὶ εἰρήνη]ς καὶ τἆλλα πάντα,
ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις εὐεργέτ[αις τῆς πόλεως τῆς Δημη-*
20 *τριέων*[102])*, δοθῆναι]* ‖ *δὲ καὶ ξένια ἑκάστῳ αὐτῶν δρ[αχ-
μ]ὰς πεντήκοντα, καλέσαι δὲ [καὶ αὐτοὺς εἰς τὰ κοινὰ ἱερὰ*
21 *τὰ ἐν Δημη-* ‖ *τρι]άδι*[103])*, ἀναγράψαι δὲ καὶ τὸ ψήφισμα
εἰ[ς στήλη[ν λιθίνην καὶ ἀναθεῖναι ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐν τῷ*
22 *ἱερῷ* ‖ *τῆς Ἀρτ]έμι[δ]ος τῆς [Ἰω]λκίας*[104])*, τοὺς δὲ στρατη-
γοὺς καὶ νομοφύλακας [προνοηθῆναι, ὅπως συντελεσθῇ*
23 *τὰ ἐψηφισμένα, τὸ δὲ* ‖ *εἰς τοῦτο ἐσόμενον] ἀνήλωμ[α
δοῦναι τοὺς] ταμίας, (ἐ)πι<μ>ε<λ>εῖ[σθαι*[105]) *δὲ καὶ*
24 *τοῦ τὸν γραμ-* ‖ *ματέα* nomen eius in ?[106]) exiens] *τόδε
τὸ ψήφ[ισμα] ἀ[ναγράψ]αντ[α] εἰς στήλη[ν λιθίνην ἀνα-*

[100]) πόλ[εις W., [101]) τῶν Δημητριέων W., [102]) τῆς πόλεως τῆς Δημητριέων W., [103]) τὰ κοινὰ ἱερὰ τὰ ἐν Δημητρι]άδι W., [104]) τῆς Ἀρτ]έμι[δ]ος τῆς [Ἰω]λκίας W., [105]) ΓΙΛ.ΛΙΔΕΙ: corr., [106]) Ι: Ν an Η?

25 ‖ *θεῖναι ἐν τῇ ἀγορ]ᾷ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ΠΑΛ* . . . . .
26 *ΤΑΙΑΣ? παρὰ τῶν ΑΞ* — — — *[ἑτέ‖ραν δὲ ἐν τ]ῇ ἀγορᾶ[ι] παρὰ τὸν Ἀπόλλ[ωνα]. Ἔδοξεν τῇ βο[υ]λῇ καὶ τῇ [ἐκκλησίᾳ].*

Singulis versibus nonaginta tres fere litteras dedi, quem numerum recte invenit Milchhoefer nescio unde, fortasse metiendo; lacunis, ne facillimis quidem sanatu, medelam non adhibuit. Haud raro eius apographum erroribus laborat. Nam cum saepe puncta accuratissime respondeant numero perditarum litterarum, saepius non respondent, ut *A* 5 *ἐν τ[ῇ ἀγο]ρᾷ* sex puncta addidit, 12 *δεδ[όχθαι]* septem, 22 *ἐν τ[ῇ ἀγ]ορᾷ* quattuor, *B* 1 *νομοφύλ[ακες] Κλ[ειτορ]ίων* bis sena; cum *A* 6, 13, 16, 18, *B* 1, 3, 4, 7, 20 laevi lateris ne una quidem littera exciderit, de Wilamowitzius ab editore *A* 16 ante versum duo puncta falso posita esse me monuit, id quod me fugerat. Certae corruptelae adsunt *A* v. 1 *ΜΕΙΚΙ*, 8-*ροστ[ρατ]ων*, *B* 1 *ΔΙ Ι[μητρι] < [ω]ν*, 23 *ΓΙΑ.ΛΙΔΕΙ*. Itaque quae corrigenda esse aut de Wilamowitzio praeceptori et Viereckio sodali concessi aut ipse mutavi, meo iure me fecisse puto, praesertim cum editor ipse saepius, quas commutavi litteras, litteris perviis reddiderit, unde eum dubitasse colligo; apparatui critico non inserui ubi *I* in *T* aut *Π* aut *E*, *Λ* in *A* aut *Δ* et vicissim quin corrigerem, facere non potui. Supplementa magnam partem aut ex altero utro titulo hausta aut tam vulgaria sunt, ut ipsa se defendant. Adicienda videntur haec esse. *A* 1 de nomine *στρατηγῷ* vide Lollingium Mitt. Ath. VII pp 69 et 335 sqq., ubi quae de Magnetum concilio inde a Mummio usque ad Augustum sciri potest contulit; item eundem de formula extrema titulorum. *Δαμιοργοί* magistratus sunt Stymphali, Mantineae (*δημιουργοί*), in *κοινῷ Ἀρκάδων*, in *κοινῷ Ἀχαιῶν*, cui Clitor his temporibus adiuncta erat cf. Gilbert II pp. 126, 131, 134, 113, 108 sq. Ad *A* 3/4 *ἀξίως ὑμῶν τε καὶ* sqq. cf. C. I. G. 2349b, Cauer 30, Bull. VI 239, similiter C. J. G.

3568f, 3640, Le Bas II 35, Cauer 431. *A* 5 *ὅ(τ)ι* cf. *B* 4 *ὥ]ς*. *A* 22 *Δημητριάδ]ι* cf. *B* 20/21. De *Ἄρτεμις Ἰωλκία* supplenda etiam *B* 5, sumpta ex *B* 22 cf. Mitt. Ath. VII p. 73 n. 2 vv. 5 sqq.: *ὀμνύω Δία Ἀκραῖον καὶ τὸν Ἀπόλλω[να] τὸν Κοροπαῖον καὶ τὴν Ἄρτεμιν τὴν Ἰωλκίαν* et p. 343 adn. 3, quem Apollinem Coropaeum habemus *B* 26. *B* 1 *Δημητριέων* recte se habet, inde inserendum erat *B* 3, 7, 17, 19. Ob particulam *καὶ* *B* 6 et *A* 22 et *B* 17/18 videntur supplenda esse quae suppleta sunt. *B* 23 ad *ἀνήλωμα* cf. inscriptiones Thessalas et Magnesias. Multum miri habet, quod *A* 2, 3, 12 sermo est de uno iudice, 13, 14, 15, 17 de compluribus, item *B* 2 de uno, 12, 15, 17, 18, 20 de compluribus. De Wilamowitzius putat ad concilium universum et ad singulas urbes dimissos esse singulos iudices, qui et singuli laudarentur et omnes coniunctim ab una quaque civitate et concilio Magnetum. Aliam rationem ipse non inveni. Quin particula *καί* post *ἀποστειλάντων* *A* 11 eam firmare videtur mihi. De aetate haec habui. Magnetes decernunt, sunt igitur iam diremptı a Thessalis, quod fuit saeculo quarto cf. Ps. Dem. Neaer. (LIX) p. 1382, Aisch. Ctes. cap. 83. Demetrias urbs aedificata est a Demetrio Poliorceta cf. Plut. Dem. cap. 53, Strab. lib. IX p. 436. Sed scriptura est saeculi alterius. Usque ad 196 Philippus Macedo Demetriadem occupavit neque permisisset externum iudicium cf. Polyb. XVIII, 11, 4—7, Liv. 33, 31; 34, 51; usque ad 194 Romani eam praesidio tenuerunt cf. Polyb. XVIII 45, 4 et 12, Liv. 33, 31; 34, 49 et 51. Itaque annus 194 est terminus post quem; nam Romani etsi anno 196 Magnetas liberaverant a Philippo cf. Polyb. XVIII 46, 5; 47, 6, Liv. 33, 34, Plut. vit. Flamin. 10, tamen ad 194 ipsi iudicassent. Post 146 Arcades in obscuritatem et tenebras recesserunt; itaque ne ultra hunc quidem terminum progredi licet, praesertim cum Romanorum

nulla fiat mentio. Cur Clitorii electi sint, elucet ex Polyb. II 55, 9 *τὸ μὲν γὰρ Κλειτορίων φιλελεύθερον καὶ γενναῖον εἷς ἀνὴρ κατῄσχυνε διὰ τὴν ἑαυτοῦ κακίαν, Θεάρκης· ὃν εἰκότως ἐξαρνοῦνται Κλειτόριοι μὴ φῦναι παρὰ σφίσι, γένος δὲ ὑποβολιμαῖον ἐξ Ὀρχομενοῦ τῶν ἐπηλύδων τινὸς στρατιωτῶν* (anno 223).

Excursus III.

Curtius, Progr. Lübeck 1877 (n. CI).

Quaerentem unde titulum Bargylieticum esse compertum habeam rogo, ut comparet

Curtii titulum	cum Ditt. 165 (n. CXXXIII):
v. 5 sqq. *παρακληθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου δικαστ[ὰς] ἀποστεῖλαι βουλόμενος χαρίζεσθαι ἀπέστειλεν ἄνδρας καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς Τίμωνα Ἀρχελάου καὶ Δοῦριν Καλλιμάχου καὶ Ἀσκληπιάδην Ἑ(ο)ρταίου* (ego *Ἑορτίου*)	v. 4 sqq. *βουλόμενος ὁ δῆμος ὁ Τηίων τῷ τε βασι[λεῖ πείθε]σθαι καὶ τῇ πόλει ἡμῶν χαρίζεσθαι, ἀπέσταλε[ν ἄνδρα] καλὸν καὶ ἀγαθὸν Τύρωνα Πολύθρου,*
οἵτινες τῶν δικῶν τὰς [μὲν] συνέλ[υ]σαν προσηκόντως τὰς δὲ ἐδίκασαν δικαίως κατὰ τοὺς νόμους.	*ὃς ἀφικόμ[ενος τ]ῶν δικῶν τὰς μὲν διέλυσεν τὰς δὲ διέβαινεν, ἀ[εὶ ἀπὸ π]αντὸς τοῦ βελτίστου ποιησάμενος τὰς κρίσει[ς·*
Ὅπως οὖν ὁ δῆμος φανερὸς ᾖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τιμῶν ἀξίως	
δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῶ δήμω ἐπ[ῃ]νῆσθαι μὲν τὸν δῆμον τὸν Σαμίων	*δεδ]όχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ἐπῃνῆσθαι μὲν [τὸν] δῆμον τὸν Τηίων*

καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσῶ[ι] [στε]φάνω	
ἀρετ[ῆς ἕνε]κεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς τὸν δῆμον [τὸν Βαργυλιητῶν ἐπη]νῆσθαι δὲ καὶ τοὺς δικαστὰς Τίμων[α καὶ Δοῦριν καὶ Ἀσκληπιά]δην καὶ	*ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας [τῆς] τε εἰς τὸμ βασιλέα καὶ τὴμ πόλιν ἡμῶν, ἐπα[ι-νέσ]αι δὲ καὶ τὸν δικαστὴν Τύρωνα .....*
	ἵνα δ[ὲ καὶ ο]ἱ ἄλλοι πάντες εἰδῶσιν, ὅτι τοὺς εἰς τὴμ πό[λιν ἄν]δρας ἀγαθοὺς γινομένους ὁ δῆμος τιμᾷ κα[ταξί]ως
στεφανῶσαι ἕκαστον αὐτῶ[ν χρυσῷ στεφάνῳ ἀρετῆ]ς ἕνεκεν καὶ δικαιοσύνης τῆς [εἰς τὸν δῆμον τὸν Βαργυλιητῶν, τὸν δὲ ἀεὶ] ὄντα ἀγωνοθέτ[ην ἐπιμεληθῆναι τῆς ἀναγγελίας]	*στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ ἀρετῆ[ς ἕνεκ]ν καὶ δικαιοσύνης τῆς τε εἰς τὸν βασιλῆ [καὶ εἰς] τὸν δῆμον· τῆς δὲ ἀναγγελίας ἐπιμεληθῆ[ναι τὸν ἀ]γωνοθέτην ...*

Vides paene ad verbum titulos inter se congruere vel positione verborum *τῶν δικῶν τὰς μὲν .... τὰς δέ.* Qui honoribus afficiendi sunt, nominantur *ἄνδρες καλοὶ* et *κατ-ἀξίως* honorantur, civitates laudantur *ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας,* iudices *ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης.* In utroque titulo iudicibus priore loco additur patris nomen, in altero non ita. In utroque titulo *ἀγωνοθέτης* renuntiationem curare iubetur. Accedit quod si inseris mea supplementa lacunarum spatia a Curtio signata accuratissime explentur. Si hoc concesseris, Ditt. v. 12 scribes *ἐπη[ινῆσθ]αι* pro *ἐπα[ινέσ]αι,* ut sermo fiat concinnior et levior; praeterea et vv. 20 *ἀαγορευθῇ* et v. 29 *ἀναγραψῇ* sunt lapsus lapicidae aperti. Maximi autem est momenti quod in titulis dicitur aut *ἐπαινέσαι .... ὁμοίως δὲ καί* (*ἐπαινέσαι*

καὶ .... καί, ἐπαινέσαι — — — — καί, ἐπαινεῖσθαι ... καί) aut *ἐπαινέσαι μὲν ... ἐπαινέσαι δέ* (*ἐπηνῆσθαι μὲν ... ἐπηνῆσθαι δέ*) non *ἐπαινέσαι μὲν ... ἐπηνῆσθαι δέ* vel *ἐπηνῆσθαι μὲν ... ἐπαινέσαι δέ* cf. C. J. G. 2671, 3568f, 3640, Le Bas II 35, Cart. Progr., Pap. I 7 et 8, Newton III 418, 420, v. 2, 421, 422, Bull. X 430, Cauer 431 rogatio fertur *ὥς κε ἐπαινεθείη* sc. *ὁ δᾶμος, ὥς κε ἐπαινεθεῖεν* sc. *οἱ δικασταί, ὥς κε ἐπαινεθείη* sc. *ὁ γραμματεύς, ὥς κε ἐπαινεθείη* sc. *ὁ δικασταγωγός,* in decreto ipso legimus *ἐπαίνησαι τὸν δᾶμον, ἐπαίνεσαι δὲ καὶ τοὶς δικάσταις, ἐπαίνεσαι δὲ καὶ τὸγ γραμματέα, ἐπαίνεσαι δὲ καὶ τὸν δικαστάγωγον.* Unus locus, qui obstat, est Newton III 420 v. 17 *ἐπηνῆσθαι,* v. 20 *ἐπηνῆσθαι,* v. 22 *ἐπαινέσαι.* Atque etiam *ἀπέσταλεν* v. 5 mutari velim in *ἀπέσταλκεν* aut *ἀπέστειλεν.* Dittenbergero ipsi p. 784a suspecta videtur forma *ἀπέσταλεν.* Ad [*τὸν δὲ ἀεὶ*] *ὄντα ἀγωνοθέτ[ην* ap. Curtium cf. Le Bas II 1885, Ditt. 246 v. 102, Newton III 421 v. 24. Ad argumenta, unde Cartius aetatem saeculum alterum esse efficit, addi potest *ι* adscriptum saepius omissum esse cf. v. 11 *τῶ δήμω,* v. 13 *στεφάνω,* qui mos est alterius saeculi. Apographum Samum missum esse concluditur inde, quod titulus inventus est Sami.

Excursus IV.

Dittenberger, Koehler, Gilbertus I p. 403 et adn. 1, 418 et adn. 1 et 3, Thalheimius p. 93 adn. 2, Meier-Schömann-Lipsius p. 1003 adn. 659, Hartelius »Studien über attisches Staatsrecht und Urkundenwesen« (Sitz.-Ber. d. K. Akad. i. Wien philos. hist. Kl. 1878 vol 91 pp. 104—108) putant altera in societate maritima Atheniensium licuisse provocationem (Appellation) quibusdam civitatibus sociis, quae, postquam defecissent, subactae essent, exemplisque utuntur Mitt. Ath. II p. 142 sqq. ed Koehler = Ditt. 79 vv. 45 sqq., C. J. A. II 546, Ath. VII p. 95 n. 7 cf. nn. CXXIX, 1, 2, 3. Quod ut probandum non esse demonstrem, egressionem faciam oportet de verbis *ἔκκλητος δίκη* et *ἔκκλητος πόλις*. Waddington ad Le Bas III 86 = Ditt. 126 (n. LXII) explicat *ἔκκλητος πόλις* sic »à laquelle on en appelle«. Papius et Passowius s. v. *ἔκκλητος*, Stephanus s. v. *ἐκκαλεῖσθαι*, Meier-Schömann-Lipsius l. l., Schömann Alt. II² p. 27, Gilbertus II 381 et adn. Platner vol I p. 110 cogitant de provocatione. Hudtwalcker pp. 125 sqq. de tertia urbe, cui duae aliae civitates[107]) munus arbitri detulerant, quae »so gleichsam zum Appellationsgericht gemacht war«, item Schömannus ant. p. 367 adn. 5 et Alt. II² p. 5 adn. 4, Meier-Schömann-Lipsius p. 998 adn. 651 (cf. quoque supra). Heffter pp. 91 sq. loquens de causis *ἀπὸ συμβόλων* peregrinos ait litigantes cum Atheniensibus Athenas in ius vocatos esse et vicissim et »die Stadt, welche..... über den Streit zu erkennen hatte, hiess *ἔκκλητος πόλις*[108]), contra p. 493 dubitat et profitetur *ἔκκλ. πόλ.* esse tertiam urbem, quam duae liberae civitates adissent. Sellius pp. 307 sq. in causis *ἀπὸ συμβόλων* provocationem licuisse censet aut ad tribunal eius urbis, quacum lis contracta erat, aut ad tertiam urbem. Huc refert *ἐκκαλεῖν, ἐκκαλεῖσθαι, πόλιν ἔκκλητον, δίκας ἐκκλήτους, δικαστήριον ἔκκλητον;* sed celat utrum de altera an de tertia tantum urbe ea usurpari censeat. Hermannus pp. 442 sqq. ipse sententiam non profert disertis verbis, sed cum citet Sellium, Heffterum alios, etiam ille verbo *ἔκκλητος πόλις* Graecos usos esse videtur existimasse, cum de provocatione sermo esset Quid, interogo, significare potest *ἔκκλητος*? Aut, qui evocatus est, aut, quem evocare licet. Itaque *ἔκκλητος δίκη* est causa, quam evocare licet e loco, quo exspectaveris eam agi debere, aut quae evocata est i. e. quae foras agitur. Si potest evocari, tum certe ea civitas, in qua causa contracta est, ea ut foras ageretur concessisse putanda est; ergo non est provocatio (*Appellation*), cuius summa ea est ut de eadem re iterum iudicetur sive iussu eius qui inferior fuit priore iudicio sive iniussu. Si evocata est, tum per se discerni nequit, utrum sit provocatio necne. His concessis si spectaveris ad Ditt. 79 v. 75, videbis non esse sermonem de provocatione sed de causis »quae permissu Iulietarum

[107]) Hudtwalcker quod scribit »denn in solchen Fällen pflegte man Gerichte aus Bürgern beider Städte zusammen zu setzen, von denen dann die Stadt, welche benachtheiligt zu sein glaubte, an die ἐκκλ. πόλ. appellierte«, hanc communionem iudicii an probare non possit dubito.

[108]) Exemplum, quo altera urbs ita nominata sit, omnino non exstat, nam de Aesch. I 112, 89 infra dicam.

etiam foras diiudicari possunt«; nam hoc dico, non »postquam domi diiudicatae sunt«, quoniam provocationis nullum in iure Attico exemplum invenitur cf. de Wilamowitzium *Kydathen* p. 89 et Schöllium »de synegoris Atticis commentatio« p. 19 adn., quorum virorum et doctrinae et diligentiae satis confidi potest apud scriptores tale exemplum non exstare; quae pauca in titulis eo spectare videntur, aliter se habere demonstrabo. Sed primum Ditt. 79 ad finem pertractem. Ubinam dictum est quidquam de provocatione? Nonne si de ea agi putandum esset, exspectares v. 74 *ποιήσομαι ἐν Κέῳ καί, ἐὰν ἡττηθῶ, ἐξέστω μοι ἔκκλητον ποιεῖσθαι*? vel *ἐν Κέῳ καί, ἐὰν ἕλω, ἐξέστω τῷ ἀντιδίκῳ ἔκκλητον ποιεῖσθαι*? Ut re vera de provocatione sermo esset, qui verteremus, quod Dittenberger recte supplevit, *ποιήσομαι τὰς δίκας ἐκκλήτους*? Nempe »*ich will die Processe führen als solche, in denen Provocation möglich ist*«. Sed num hae causae aliter instruuntur et aguntur quam eae, in quibus provocatio non est? Versamur in iure iurando, quo Cei subacti Atheniensibus et Ceis redactis aliquid promisisse dicuntur vv. 69 sq. Sed si Dittenbergeri coniecturas probas, etiamsi Atheniensibus aliquid pollicentur de causis, de Ceis redactis nihil inest, quod ad eorum securitatem pertineat. Puto igitur constitutum fuisse ut non *αἱ γραφαὶ αἱ κατ' Ἀθηναίων* solae sed omnes causae et in Athenienses sociosque et Ceos redactos et Cei et Athenis agere liceret, id quod efficio, cum scribam *τὰς δὲ δίκας καὶ τ[ὰς γραφὰς ἐν Κέῳ, ἢ Ἀθήνησι ποιήσομαι] πάσας ἐκκλήτος κ[ατὰ τὰς συνθήκας, ὁπόσαι ἂν ὦσιν ὑπὲρ ἑ]κατὸν δραχμάς* vel *τὰς δὲ δίκας καὶ τ[ὰς γραφὰς ὅσαι ἂν γένωνται ποιήσομαι] πάσας ἐκκλήτος κ[αὶ ἐν Κέῳ κριθῆναι ὅσαι ἂν ὦσιν ὑπὲρ ἑ]κατὸν δραχμάς*; simul his coniecturis verba v. 50 tradita paullo melius intelliguntur. Id enim Dittenberger recte dixit, non omnino Ceos de eiusmodi rebus iudi-

care vetari cf. vv. 42—50. Si quis in eo offenderit, quod etiam proposui *ἐκκλήτος κ[αὶ ἐν Κέῳ* ita ut Ceos stet post *ἐκκλήτος* i. e. Athenas, conferat C. J. A. II 546, b. v. 21 et c. 35. Etiam v. 50 Koehler et Dittenberger de provocatione sermonem esse censent. Ex decreto autem ipso Dittenberger hausisse nequitea quae annotavit »Cei ac, si ibi condemnati ad iudicia Atheniensium provocaverint, Athenis«. Qui tanta breviloquentia defendi potest? Triginta dies nullo modo sufficiunt, ut pactum Ceum portetur, ibi vulgetur, causae Cei agantur, condemnati Athenas provocent, Athenis causa agatur denuo (*δίκας ὑποσχεῖν* vv. 47—49). Nam *τριάκοντα ἡμερῶν* coniungamus necesse est cum *δίκας ὑποσχεῖν*, non cum *ἐγγυητὰς καταστήσασι*; quis enim crederet tantum temporis accusatis datum esse scil., ut qui revera noxii essent, declarantes se provocaturos esse effugerent, postquam per eum mensem quantum poterant in tuto collocaverunt et ita quae vv. 41 sqq. voluerunt efficere irrita fecerunt? Praeterea *ἔκκλητος πόλις* significare non potest nisi urbem, quae aut evocata est aut evocari potest, quarum explicationum altera de provocatione nihil probat, altera ostendit ab urbe, de qua agitur, concessum esse, ut lis etiam alibi decideretur. Cur v. 50 verba *ἐν τῇ ἐκκλήτῳ πόλει* addita esse credis, nisi, ut libera Ceorum voluntas talibus in causis significaretur? Neque obieceris: at revera Athenienses iusserunt ita procedendum esse, cum proposuisse viderentur; neque enim socii proposita non probare audebant. Nam etiam post 196 Graeci, quod Romanis arbitris utuntur, reapse utuntur dominis. Neque erat, cur Cei Athenas *ἔκκλητον πόλιν* non crearent; erat enim maxime e re partis et subactae et redactae, ne iterum discordia orta alterutra pars fugaretur aut litiganti maxime obtrectaretur a iudicibus, qui adversario eius favebant. Nisi Athenienses se interposuissent, certe ab utraque parte saepe ex iis

petitum esset, ut iudicarent. Ego eius sum sententiae in hoc pacto constitutum fuisse ut de causis Cei ortis, quae certam summam pecuniae transscenderent (centum drachmas), et Cei et Athenis agi liceret ita tamen, ut accusanti permitteretur causam instituere, utra in urbe vellet. Eam ob rem praefero priorem rationem, qua lacunas explevi, quia v. 50 Athenae *ἡ ἔκκλητος πόλις* non potuit nominari, nisi in pacto eas ei partes tributas esse commemoratum erat, nisi forte in fine decreti id perisse credis cf. etiam p. 111. Priusquam transeam ad ceteros titulos similes liceat paucis refellere, quae Hartelius l. l. protulit, quia maxime miratum me esse fateor, quod vir talis diligentiae, qualis est Hartelius, ea protulit. Putat ille vv. 69 sqq. scribendum esse *ὅρκοι καὶ συνθῆ]-και τῶν πόλεων τῶν ἐν Κέῳ πρὸ[ς τοὺς στρατηγοὺς τοὺς Ἀθηναίων] καὶ Κείων οὓς κατήγαγον Ἀθ[η]ναῖοι;* nam id offensioni esse, quod iuxta duces etiam socii nominati sint; nam Ceos in ipso iure iurando exigendo praesentes non fuisse apparere ex v. 19. Non obstat, quod Hartelius scribit *τοὺς στρατηγούς*, quamquam v. 19 de uno Chabria sermo est; nam legimus etiam v. 56 *οἱ στρατηγοί*. Sed coniecturis Hartelii complura alia maxime repugnant. Primum enim Hartelius efficit v. 70 quadraginta sex litteras, cum secundum editores vv. 2—55 quadragenarum ternarum, vv. 57—82 quadragenarum quinarum, v. 56 sex litterarum sint, et titulus *στοιχηδόν* scriptus sit. Secundum Hartelium socii v. 57 et 70 non sunt iidem atque »der Seebund«; nam pro eo Athenienses solos iusiurandum facere potuisse. Tamen vv. 29 sq. de foedere illo »Seebund« *σύμμαχοι* dicitur secundum eundem et item v. 71 (cf. p. 107). Cur v. 56 non cogitemus de iisdem? Immo mirum esset, si non faceremus. »Qui«, interrogat »hi socii prohiberent, ne Cei res novas molirentur«? Sed item atque Cauer 181, 44 constituitur *ἄλλῳ δὲ κατὰ Ῥοδίων ξενολόγιον μηθενὶ*

διδόντων παρευρέσει μηδεμιᾷ scil. *οἱ Ἱεραπύτνιοι*, etsi per se Hierapytnii pacto id prohibere non poterant, id etiam hic defendi posse puto, cum manifestum esset eos necessitate data vi intercessuros esse. Praeterea etiam altero iureiurando idem docetur et inerat fortasse etiam in tertio, quod periit. His argumentis nisus Hartelius effecit Ceos, qui redacti essent, solos polliceri potuisse se curaturos esse, ne quis rebus novis studeret; et ita supplevit quae attuli. V. 82 supplet *τάδε ὤμοσαν* (sc. *αἱ πόλεις αἱ ἐν Κέῳ*, quod cur omissum sit, quomodo demonstrari possit, non addidit) *Κείοις οὓς κατήγαγον Ἀθηναῖοι· οὐ μν]ησικακ[ήσω.* Dubitari potest, quomodo in altero iureiurando intellegenda sint verba *Κείων οὓς κατήγαγον*, utrum pro *πρὸς τούτους Κείων οὓς* an cohaereant cum *ὅρκοι τῶν πόλεων τῶν ἐν Κέῳ*. Illud voluit Hartelius p. 108; sed nonne tum urbes Ceae bis iurant redactis illis scil. in altero et tertio sacramento? Alterum si sumis, maxime offendit, quod illi Cei, qui ab Atheniensibus ipsis restituti sunt, iis iurant, cum in primo sacramento una cum iis ut altera pars commemorentur. Mihi Koehleri perbene placet distributio: I Athenienses et societas »Seebund« contra Ceos subactos, II Cei subacti contra Ceos redactos, Athenienses, socios, III Cei redacti contra Ceos subactos? Sane mirabile manet, quod v. 19 legitur Chabriam pro Ceis quoque iurasse et tamen horum iusiurandum affertur. Sed in aperto est, etiamsi primo iureiurando in numero omnium sociorum etiam Ceos redactos adstringi concedamus, hac re non excludi hos ipsos quoque ceteris Ceis oblivionem iurare. Multo magis offenderent Hartelii illa supplementa v. 70 et 82, quamobrem certe reicienda videntur esse. At nonne tertia explicatio verborum *ἔκκλητος πόλις* inveniri potest videlicet »urbs quae e ceteris evocata vel electa est«? Haec ratio explicandi meae interpretationi quam utilissima esset, quoniam, qui

elegit, certe a nullo iubetur sed ex animi sententia procedit.

Etiam Ath. VII p. 95 n. 7 Gilbertus I p. 418 de provocatione egisse contendit. Cui minime assentior. Titulum p. 73 adn. 46 restitui et puto satis recte; nam nisi ita exples lacunas, quid sibi vellet v. 11 *ἐὰν δέ μὴ συμφέρωνται*, post quem non factum consensum Atheniensibus res tradi iubetur? Ad adversarios non respiciunt ea verba; nam cum altera pars vicerit, haec certe pars multum abest, ut cum altera omnino disserat de consensu restituendo, itaque supplenda sunt quae supplevi inde ab *ἐὰν μέν* v. 8 ad *τὸ Ἀθήνησι* v. 12. Si Athenas provocatum esset, Athenienses pependissent stipendia iuridica, non Naxii cf. v. 14. Naxii autem solvunt ea, quia Athenienses amicitia commoti partes hoc pacto constitutas acceperant. Athenienses oratos esse significatur etiam verbo *διαλλάσσοντας* v. 6 quod is, qui sponte accitus est, non qui imperat conciliat factiones cf. etiam v. 4 *αἰτήσ<ο>ντα* et v. 18 *διαφορᾷ*. Ceterum non probo Cumanudis coniecturam vv. 13/14 *παρέχειν τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων*; nam si ita scriberemus, sermo esset de causis inter Athenienses et Naxios ortis, neque vero probabile est has causas semper Naxi ad finem perductas esse exceptis iis, de quibus iudices non consensissent, praeterea *διαλλάσσειν* non congruit cum hac coniectura, neque verisimile est Naxi ab Atheniensibus stipendium solutum esse. Proposuerim potius sic lacunas explendas esse ut feci p. 74 h. e. superior pars accipit etiam Athenis *τὰ πρυτανεῖα* (cf. Meier-Schömann-Lipsius p. 799), contra stipendium iudicibus det, id quod libentissime faciet, qui magna causa oppressus non erit et ea quoque, quae Gilbertus l. al. I 418 profert de *ἐφεσίμοις* causis, refutatur meis coniecturis.

Tertium exemplum est C. J. A. II 546 cf. etiam U.

Koehler Mitt. Ath. II p. 150 sq. Ibi Koehler scribit: »(es) wird anzunehmen sein, dass Athen in den Städten von Keos seit deren Wiederaufnahme in den Bund vertragsmässig eine Art von Gerichtshoheit besessen hat, indem von den Entscheidungen keischer Gerichte an die athenischen Gerichtshöfe als oberste Instanz appelliert werden konnte« afferens ut similem locum C. J. A. IV 27a = Ditt. 10, quem aliter se habere de Wilamowitzius *Kydathen* pp. 88 sq. mihi persuasit. Sed etiam de C. J. A. II 546 Koehler errore implicitus est. Nam n. II v. 21 particula *καί* etiam alio loco de eadem re iudicari potuisse testatur; scribendum est [*τὴν δὲ ἔνδειξιν εἶναι ἐν Κορησσῷ μὲν πρὸς .... εἶν*|*αι δὲ*] *καὶ ἔφεσιν Ἀθήναζε*. *Ἔφεσιν* non esse provocationem sed idem atque rem deferre ad tribunal idoneum affirmavit iam de Wilamowitzius l. l. p. 89, nostro etiam loco accuratissime demonstratur eo, quod ei respondet n. III v. 35 *ἔνδειξις*. Itaque aequo iure et Coresi et Athenis causas instruere licuit; haud minus licuit Julietis n. III. An putas III 35 ab Atheniensibus ad Julietas provocatum esse? Altero enim loco stant ex coniectura optima Koehleri Julietae, priore Athenae. Si de provocatione actum esset, dicendum potius erat *ἐν Ἰουλίδι μὲν .... Ἀθήνησι δέ*. (Confirmatur igitur coniectura mea ad Ditt. 79 v. 75 prolata). Praeterea cf. initium n. III, quod dictionem non resipit cf. C. J. A. I 9 = Ditt. 2 et C. J. A. IV 27a = Ditt. 10. At n. II v. 21 *καί* non ante *Ἀθήναζε* sed ante *ἔφεσιν* legitur. Certe, sed et nos dicimus: Instanz ist Koresos .... Es soll aber auch als competente Behörde Athen anerkannt werden«. Sane etiam ante *Ἀθήναζε* iterum *καί* stare potuit; sed tanta cumulatio particulae *καί*, quanta existeret v. 21, scil. quater paene nullo interiecto spatio, sermoni vere Graeco obesset. Demonstrasse mihi videor

omnes [109]) illos titulos, quibus provocatum esse ostendi viri docti existimaverunt, aliter intelligendos esse. Evanuit igitur illa sententia altera in societate maritima Athenas fuisse »*Appellationsinstanz*« quibusdam civitatibus. Est ἔκκλητος πόλις ea urbs, ad quam iudicandi potestas defertur aut a duabus aliis aut ab una, quae factionibus scissa est, ita tamen, ut illa urbs litigantibus non imperet aut eos subactos habeat sed ab iis sua sponte, quae decidat, digna habeatur. Itaque non suo iure Meier p. 30 offendit in verbis Hudtwalckeri p. 126 de ἔκκλητος πόλις ut tertia urbe electa a duabus aliis litigantibus, dicens »eine Rechtssache, welche auf diese Weise (si in causis ἀπὸ συμβόλων a iudicio civitatis, quae iudicaverat, ad tribunal externum provocatum erat) an einen auswärtigen Staat gelangte, hiess ἔκκλητος δίκη und der Staat selbst, an den man so appellierte, ἔκκλητος πόλις excepto uno loco Ps. Plut. ap. Lac. p. 215 (n. X), annotans »Ich zweifle aber, dass Plutarch hier antikem Sprachgebrauch gefolgt ist« excluditque immerito C. J. G. 2265 (n. XV), 3598 (n. XXV). Sed iam Schömannus Alt.[3] II 5 adn. 4 ei adversatus est reiciens nos ad Bergk. *Ztschr. f. d. Alt. Wiss.* 1847 p. 1099, ubi hic ad Ussing

[109]) C. J. A. II 11 = Fränkel, de condicione, iure, iurisdictione sociorum Atheniensium diss. Leipzig 1878 pp. 59—62 = Ditt. 57 = ιϑ' non curo, etsi Dittenberger vv. 10 sq. commendat τὰς [δὲ ἐκκλήτ]ο[ς] ἀφελε͂ν. Causae ex pactis, quae Athenis conclusa erant, contractae Athenis agi iubentur, causae ex pactis alibi factis ortae secundum pactum cum Chiis factum ἀπὸ συμβόλων instruendae sunt. Quid ἔκκλητοι δίκαι hic sibi velint, me nescire fateor; nam, quantum scio, viri docti ea in re consentiunt, quod in causis ἀπὸ συμβόλων iam per se provocationem licuisse censent. Cur igitur hic eximerentur ἔκκλητοι? Immo eximi non possunt. Tum si de provocatione sermo esset, dicendum erat εἰ δὲ ἐκκληθείη ἡ δίκη ὑπὸ τοῦ ἡττωμένου καὶ τοῦτο ἐξεῖναι. Nititur Dittenberger titulo C. J. A. IV 27a = Ditt. 10, v. 74, quem falso interpretari eruditos docuit de Wilamowitzius l. l. p. 89.

55 (C. J. A. II 308 = n. LV) v. 12 annotat »*wo ἔκκλητον nach Plut. ap. Lac. 215 sicher ist, und so werden auch Meiers Bedenken gegen diesen Ausdruck beseitigt*« (cf. etiam Meier-Schoemann-Lipsius p. 998 adn. 651), cui argumento addere potes per vim verbi ἔκκλητος utrumque licere. Et quid interest inter pactum in perpetuum et in unius causae gratiam factum? Nihil grave. Itaque et hos titulos et C. J. A. II 308 (n. LV), Bull. VIII 22 *A* v. 28 (n. LVII), 22 *B* (n. LVIII), Ditt. 126 (n. LXII), Ath. VII p. 95, Ditt. 79, C. J. A. II 546 tractavi. C. J. A. II 308 mireris quod dicitur ἑλομένων ἔκκλητον et tamen agitur de urbe, quae eligitur neque dum electa est. Sed ea civitas iam iudicavit; itaque de ea ut iam electa ἔκκλητος etiam tum usurpari potuit, cum respiciebatur ad tempus iudicio praecedens; item Ditt. 126 (n. LXII) res se habet cf. συνωμολόγησαν. At omisisti grammaticos. Recte. Sed eos iam paucis tractare animum induxi. Pollux lib. VIII p. 54: ἔστι δὲ ἐκ τῶν δικαστικῶν ὀνομάτων προ-, ἀντ-, δι-, ἐξ-, ἀπ-, ὑπωμοσία, παραγραφή, ἀντιλαχεῖν, ἐξούλης δίκη, μὴ οὖσα δίκη, ἐρήμην ὀφλεῖν, ἐνεπισκήψασθαι, πρόσκλησις, ἔφεσις, ἔκκλητοι δίκαι, ἀπὸ συμβόλων δικάζεσθαι, ἐμπορικαὶ δίκαι, ἀτίμητος δίκη, διαψήφισις et VIII pp. 62 sq. ἔφεσις δέ ἐστιν, ὅταν τις ἀπὸ διαιτητῶν ἢ ἀρχόντων ἢ δημοτῶν ἐπὶ δικαστὴν ἐφῇ· ἢ ἀπὸ βουλῆς ἐπὶ δῆμον ἢ ἀπὸ δήμου ἐπὶ δικαστήριον ἢ ἀπὸ δικαστῶν ἐπὶ ξενικὸν δικαστήριον, ἐφέσιμος δ' ὠνομάζετο ἡ δίκη. αὗται καὶ ἔκκλητοι δίκαι ἐκαλοῦντο ..... Etym. Mg. s. v. ἔκκλητος πόλις habet: Ἣν ἂν ἐκκαλῆταί τις εἰς τὸ κρίνεσθαι, δηλονότι τὴν πρώτην οὐ στέργων κρίσιν ὡς πρὸς ἔχθραν κρίνασαν ἢ πρὸς χάριν. Ἐξῆν δὲ τοῖς μὲν ξένοις ἐκκαλεῖσθαι πόλιν ἄλλην· τοῖς δὲ πολίταις οὐκέτι. Idem fere ad verbum lex. Zonar. p. 656 s. v. ἔκκλητος. Bekker anecd. I p. 247 v. 30 praebet s. v. ἔκκλητος πόλις: ἔστιν ἣν ἐκκαλεῖταί τις εἰς τὸ κρῖναι αὐτῷ ἀγῶνά τινα, δῆλον ὅτι φεύγων τὴν πρώτην ὡς

πρὸς ἔχθραν ἢ χάριν κρίνουσαν. Ἐξῆν δὲ τοῖς ξένοις μάλιστα ἐκκαλεῖσθαι, τοῖς δὲ πολίταις ἥκιστα, ὡσαύτως δὲ καὶ δικαστήριον ἔκκλητον λέγουσιν, Etym. Mg. s. v. ἐκκλητεύειν· τὸ εἰς κρίσιν ἄγειν, ἵνα ἐπάναγκές τις μαρτυρῇ. Οὕτως Αἰσχίνης. Καὶ δικαστήριον ἔκκλητον λέγουσιν, ubi in adnotatione: καὶ. . . λέγουσιν ponenda sunt ad finem glossae sequentis post οὐκέτι (h. e. ἐκκλ. πόλ. cf. s.). Hi loci nihil probant; pendent enim ex Aeschin. I p. 112 § 89 εἰ μὲν τοίνυν ἦν ὁ ἀγὼν οὑτοσὶ ἐν πόλει ἐκκλήτῳ, ὑμᾶς ἂν ἔγωγε ἠξίωσα μάρτυράς μοι γενέσθαι. . . . · εἰ δ' ὁ μὲν ἀγὼν ἔστιν Ἀθήνησι, quem locum grammatici falso interpretati sunt. Vide modo. Ita concludunt: »Si causa esset in ἐκκλήτῳ urbe, tum vos testes essetis . . . .; nunc est Athenis. Qui autem Aeschines id dicere potuit, nisi sub quibusdam condicionibus tale aliquid licuisset? Aeschini non licuit; atqui Aeschines erat civis Atheniensis; ergo civibus Atheniensibus non licuit. Relinquuntur peregrini; his igitur concessum erat«. Sed Aeschines hoc potius vult. »Vos qui iudicatis simul estis testes; testibus vobis uti non licet, quia non sumus apud iudices externos; proinde fidem mihi habeatis etiamsi testes mihi desunt«. Non intererat Aeschinis, utrum hanc causam liceret agere apud arbitros peregrinos necne[110]). Hoc recte me dicere inde quoque facile est intellectu, quod scholia ad Aeschinis locum similia proferunt atque grammatici: ὡς νῦν λέγομεν τὸ ἔκκλητον δοῦναι, ὅταν εἷς τῶν δικαζομένων ὑπονοῇ τὸν δικαστὴν παραδικάζειν δι' ἔχθραν αὐτοῦ ἢ φιλίαν τοῦ ἀντιδίκου καὶ ἕνεκεν τούτου ἐκκαλῆται ἕτερον δικαστήριον κοινῇ ἀμφοτέροις. παρατηρητέον ὅτι τῷ μὲν ὀνόματι κέχρηνται οἱ παλαιοὶ τῆς ἐκκλήτου, οὐκέτι μέντοι καὶ τῷ ῥήματι, ὥς φασιν οἱ Ἀττικισταί et ἀλλοτρίᾳ, εἰς ἣν ἐξεκέκλητο ὁ κριθησόμενος.

---

[110]) Heffter p. 91 adn. 3 aliter rem exponit, sed ipse p. 493 dubitat.

ἐκκλήτῳ παρὰ τὸ ἐκεῖ καλεῖσθαι ἐπὶ κρίσει. οἷον εἰ Ῥόδιος Ἀθήνησιν ᾐτιάσατο, εἶτα ἐκλήθη Ἀθήναζε δικασόμενος. Ex Aeschine tum demum hoc evellere possumus, cum falsa interpretatione utamur. Quanto minus iis locis demonstratur provocationem fuisse altera in societate Atheniensium. Sed conferas, velim, etiam Harpocrat. s. v. ἔφεσις· ἡ ἐξ ἑτέρου δικαστηρίου εἰς ἕτερον μεταγωγή· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἔκκλητος καλεῖται. Δημοσθένους λόγος ἐστὶν ἐπιγραφόμενος ἔφεσις πρὸς Εὐβουλίδην . . . . ., Hesych. s. v. ἔκκλητοι δίκαι· αἱ ἐπὶ ξένης λεγόμεναι δίκαι καὶ οὐκ ἐν τῇ πόλει, Photium s. v. ἔφεσις, Suidam s. v. ἔκκλητον· τὴν ἐπὶ συνόδῳ παραίτησιν (quod Bernhardyus vertit »provocationem ad aliud iudicium«) et s v. ἔφεσις· ἐπιθυμία, ὁρμή, ἔκκλητος, αἵρεσις ἄλλου δικαστηρίου καὶ μεταγωγή. — Ἡ ἔφεσις λέγεται καὶ ἔκκλητος παρὰ τὸ ἐκκαλεῖσθαι καὶ παραιτεῖσθαι καὶ φεύγειν τὸ πρῶτον καὶ ἔλαττον δικαστήριον et ἡ ἐξ ἑτέρου δικαστηρίου εἰς ἕτερον μεταγωγή. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἔκκλητος καλεῖται. τὸ οὖν ἔφεσις ἀπὸ τοῦ ἐφεῖναι ῥήματος et s. v. ἐφέται· ἄνδρες οἵτινες π' ὄντες ἐδίκαζον· ἐφέται δ' ἐκλήθησαν, ἤτοι ὅτι ἐπὶ αἵματος δικάζουσιν, ἢ ὅτι ἔφεσις παρ' αὐτῶν οὐ δύναται εἰς ἄλλο δικαστήριον γενέσθαι, τουτέστιν ἔκκλητος, Etym. Mg. s. v. ἔφεσις et s. v. ἐφέται, Bekkeri anecd. I p. 186, 7 s. v. διαψήφισις καὶ ἀποψήφισις καὶ ἔφεσις sqq. et p. 244, 8 s. v. ἔφεσις, Eustath. opusc. ed. Tafel p. 319 v. 32 epist. 8 καὶ τὸ ἀποφανθὲν πάντως ἔσται ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τοῦ γνωματεύματος οὐ κατακαυχήσεται ἔφεσις, ταὐτὸν δ' ἂν εἴη εἰπεῖν ἔκκλητος, Etym. Gud. ed. Sturz s. v. ἔφεσις, Zonar. s. v. ἔφεσις, Etym. Vindob. s. v. ἔκκλητος et s. v. ἔφεσις. Excepto Hesychio, qui, quid censuerit, perspici non potest, grammatici citati putant ἔκκλητος significasse provocationem. Sed primum hoc est in perlucido »ἔκκλητος« non posse esse »μεταγωγὴ εἰς ἄλλο δικαστήριον« vel »ἔφεσις«; nam ἔκκλητος est adiectivum verbale, non substantivum, μετα-

γωγή est actio transferendi, adiectivum autem verbale non significat quod fit, sed quod factum est aut fieri potest, ut iam Hudtwalcker pp. 125 sq. *ἔκκλητος* etiam substantive usurpari dicit, sed fortasse tantum apud recentiores. Hanc confusionem explicare me posse spero allatis locis ex Ath. X p. 536 n. 9, 14 (n. CXXVI) *ὡς ὠφληκὼς δίκην Ἀλεξάνδρῳ ἐν τῇ ἐκκλήτῳ* sc. *πόλει*, item Bull. VIII p. 22 *A* v. 28 et 37 (LVII) quos locos falso interpretaremur verbo *μεταγωγή*. Hesychii verba *αἱ ἐπὶ ξένης λεγόμεναι* item inepta sunt, quod adiectivum verbale non usurpatur eadem vi qua participium praesentis temporis. Facile talis error existere potuit, si scriptor ante oculos habebat locum, ubi de causa iam evocata sermo est ut Dio Cass. p. 1293 = 73 cap. 8 a. u. 965/212 *ἕτερον δέ τινα, τῇ μὲν Μακεδονίᾳ μηδὲν προςήκοντα, πολλὰ δὲ δεινὰ δεδρακότα καὶ διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῦ ἐξ ἐγκλήτου κρινόμενον*. Ex hoc loco praeterea primum discimus, id quod iam Schoellius et Wilamowitzius professi sunt, grammaticos analogiis Romanis haud aequis in vias perversas deductos esse, tum recentiores verbum *ἔκκλητος* omnino non intellexisse, quoniam partim ne scripserunt quidem recte, cf. schol. ad Hegesipp. p. 78, 39 cap. 9 s. v. *ἐφέσιμον*. *ἔφεσις ἡ ἔγκλησις ἡ ἀπὸ σμικροῦ εἰς μεῖζον κριτήριον προκαλουμένη*, Zonaram s. v. *ἔγκλητος· ἡ ἐπὶ σύνοδον παραίτησις*, Michael Psellus synopsis leg. v. 341 *Ἀποκαθίστατ' ἀβλαβὴς ὁ νέος κατὰ νόμους. Ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἥττοσι τὸ ἀποκαθιστάναι, τοῦτο μείζοσιν ἔγκλητος πρὸς λόγους ἀναλόγους*. Qui *ἔκκλητος* et *ἔγκλητος* confundit, is se rem summam non intellexisse invitus docet. Cum Schneidero nescio, an Ps. Aristot. oecon. II p. 1348 n. XV (*Ἀριστοτέλης Ῥόδιος*) *τὰς ἐκκλήτους μετ' ἐπιτιμίων ἐφ' αὐτὸν ποιούμενος* scribendum sit pro *ἐγκλήτους*. Provocationem ad Caesarem *ἔκκλητον δικαστήριον* a Graecis nominatam esse docet Dio Cass. 51, 19 *καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν*

δημάρχων διὰ βίου ἔχειν καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου καὶ ἔξω μέχρις ὀγδόου ἡμισταδίου ἀμύνειν .... ἔκκλητόν τε δικάζειν καὶ ψῆφόν τινα αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς δικαστηρίοις ὥσπερ Ἀθηνᾶς φέρεσθαι, 52, 22 *ὁ δ' οὖν ὑπατευκὼς ταῦτά τε καὶ προςέτι καὶ τὰς δίκας τάς τε ἐκκλήτους καὶ τὰς ἀναπομπίμους τὰς ἀπὸ τῶν στρατηγῶν αὐτῷ φοιτώσας κρινέτω*, 59, 8 *Τιβέριος οὕτως αὐτὸν ἐτίμησεν, ὥστε μήτε ἔκκλητόν ποτε ἀπ' αὐτοῦ δικάσαι ἐθελῆσαι ἀλλ' ἐκείνῳ πάντα αὖθις τὰ τοιαῦτα ἐγχειρίσαι*. Sed erravit iam ante eum Plutarchus de provocatione cf. Schoell l. l. ad Sol. XVIII p. 88 et Ps. Plut. Mor. p. 178 F. = reg. et imp. apophth. n. 24 *Μαχαίτᾳ δέ τινι κρίνων δίκην καὶ ὑπονυστάζων, οὐ πάνυ προςεῖχε τοῖς δικαίοις, ἀλλὰ κατέκρινε· ἐκείνου δὲ ἀναβοήσαντος ἐκκαλεῖσθαι τὴν κρίσιν, διοργισθείς· ἐπὶ τίνα, εἶπε* sc. *Φίλιππος Ἀλεξάνδρου πατήρ*. Lucian. bis accus. 4 *ἐφιέναι* falso de provocatione usurpat. Neque mirum est, quod, quoniam omnes illi scriptores historici et grammatici erroribus impliciti erant, etiam Georgio Pachymerae de Michaele Palaeologo lib. V p. 255 *A* sq. cap. 12 accidit, ut imperatorem haec faciat loquentem: *τίνα δ' ἔχει ἀντικανονίαν ἡ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναφορὰ τοῦ ὀνόματος* (papae), *ὅπουγε καὶ μὴ πάππας ὄντας τοὺς ἄλλους ἀνάγκη μετέχειν τοιᾶσδε τῆς κοινωνίας τοῖς ἐκκλησιάζουσιν συνισταμένους, λειτουργοῦντος τοῦ ἱερέως καὶ τὴν τῆς Τριάδος χάριν πᾶσι διδόντος κοινῶς; Ἀδελφὸν δὲ καλεῖν καὶ πρῶτον ἐκεῖνον μείων αἰτία* (offensio) *ὅπου καὶ πατέρα τὸν Ἀβραὰμ ἐκάλει ὁ ἐν τῇ φλογὶ πλούσιος, τόσον ἀπέχων τοὺς τρόπους ὅσον καὶ τὸ μέσον ἐκείνων χάσμα τῆς ἐκείνων διαστάσεως ἦν μαρτύριον. Εἰ δὲ διδοῖμεν καὶ ἔκκλητον* (provocationem), *σχολῇ τινα τόσην τέμνοντα θάλασσαν τῶν δικαίων ἀμφισβητεῖν*.

Vidimus neque in altera societate maritima Atheniensium neque unquam provocationem fuisse

neque Athenas neque Athenis neque ἐκκλήτους δίκας aut ἔκκλητον πόλιν respicere ad provocationem, sed tum demum dici, cum litigatores, sive erant duae civitates sive civitas et homines peregrini sive factiones unius civitatis, inter se convenerant, ut causas sive eo momento sive in omne futurum tempus deferrent ad civitatem aliam, cuius sub dicione non erant.

Excursus V.

Le Bas Inscr. V p. 67 = Le Bas III 1802 = C. J. G. 2349b. (n. CXXXVI).

Tempus tituli definitum est a Le Basio et Boeckhio ex Cn. Aufidio Cn. F. ἀν[τι]στρατήγῳ vv. 6/7, quem posuerunt esse eundem atque consulem anni 71/70, qui postea Asiae praefuisset. A quibus ego plane dissentio. Maximum momentum mihi eripuit, cum prior in id incidisset, et idem suppeditavit Bergmannus »de Asiae Romanorum provinciae praesidibus« Philol. 1847 pp. 645 sqq., qui enumeratis omnibus Asiae magistratibus reipublicae temporibus plerumque propraetorem Asiae praefuisse demonstrat et eam ob rem p. 649 anno 108 nostrum Cn. Aufidium enumerat secundum Cic. de dom. 13, 35, Tusc. V 38, 112, de fin. V 19, 54. Fuit ille vir praetorius Cicerone puero oculis iam captus; aderat tamen in senatu, scripsit historiam Graecam. Adn. 83 enim Bergmannus nusquam, qui proconsul fuisset, in decreto publico propraetorem appellatum esse affirmat, cum l. l. v. 6/7 Aufidius ἀν[τι]στράτηγος nominetur. Praeterea Asiae imperium anno 685/69 postquam Lucullo abrogatum esset praetoribus rursus demandatum esse cf. Dio Cass. XXXV 2 p. 78, neque igitur proconsuli ibi locum fuisse, Cn. Aufidium autem iam anno 71/70 consulatu functum esse ipsum Le Basium contendere. Et ne quis forte Aufidium ex praetura urbis anno 677/77 acta

(Val. Max. VII 7, 6) Asiam administrasse putaret, Bergmannus ostendit eam annis 678/76—680/74 L. Junii fastibus paruisse, cum Aufidius Illyriam obtigisset. Adn. 81 Bergmannus de eodem Aufidio agi putat, qui anno 170 tribunus plebis fuisset (Liv. 43, 8). De propraetoribus Asiae praesidibus reipublicae temporibus cf. etiam Marquardt. *röm. Staatsverw.* I p. 336 et 517 sq. Item Meier p. 32 adn. 1 Asiam ante Christum plerumque a propraetoribus administratam esse affirmat. Bergmannus argumentis prolatis complura addere potuit. Primum enim scriptura non est saeculi primi; nam litterarum *Α Π Ξ* recentes formae nusquam, *ο* sexies, *O* saepissime leguntur, *ι* adscr. deest quater, adest decies sexies. De *ι* adscr. cf. Reinach. traité pp. 270 sq. Sermo est mere Graecus. Praeterea Sulla ipse Asiam ordinavit cf. Marquardt. I p. 337; neque igitur credibile est discordias, quae secundum Boeckhium anno 88 Adramyttii excitatae erant, a Sulla compositas non esse. Neque Le Basius neque Boeckhius habent, quo Aufidium consulem magistratu perfunctum Asiae praefuisse demonstrent. Accedit quod, cum Aufidius, de quo Le Basius cogitat, antequam adoptaretur ab Cn. Aufidio illo admodum sene, nomen Orestis haberet (cf. Cic. de dom. l. l.) desideraremus aliquatenus cognomen Orestis, si Le Basio assentiremur; nam in decretis honorificis iam antiquitus cognomen additum est adoptatis cf. Mommsenum *Herm.* III 1869 p. 63, *röm. Forschung.* I pp. 23, 476 sqq., Marquardt. *Privatleben der Römer (Hdb. d. röm. Alt.* VII) Lpz. 1886[2] ed. Mau p. 15 adn. 5. Neque autem ante annum 133 titulus ponendus est; nam cum ad id tempus Adramyttium esset sub regibus, *ἀντιστρατήγῳ* Romano tum ibi nullae omnino partes erant. De ceteris haec addo. V. 5 nexus aptus deest. Boeckhii sententia *τὰς κατά τε τοὺς νόμους συνεστηκυίας δίκας καὶ κατὰ τὰ ἀναπεμφθέντα δόγματα* dicendum fuisse,

dictum vero esse *τάς τε κατὰ τοὺς [ν]όμο[υ]ς συνεστηκ[υ]ίας δίκας κα[ὶ τ]ὰ [ἀ]ναπεμφθέντα [δόγματ]α* mihi non probatur, quod particula *καί* neque copulativa neque intensiva vi commode explicari potest. Meier p. 32 adn. 1 interpretatur *τὰς συνεστηκυίας δίκας δεδικακότων κατά τε τοὺς νόμους καὶ τὰ ἀναπεμφθέλτα δόγματα.* Sed num haec sufficiunt sententiae? Minime. Ego commendo *δεδι]κακότων* (*τε*) *τὰς κατὰ τοὺς [ν]όμο[υ]ς συνεστηκ[υ]ίας δίκα ςκα[τὰ τ]ὰ [ἀ]ναπεμφθέντα [δόγματ]α.* Transposui igitur illud *τέ*, quod legimus in lapide post *τάς*, ita, ut respondeat v. 7 verbis *κα[ὶ πρότερ]ον ἀνεστραμμένων τῶν ἀνδρῶν* cf. vv. 27/29 et imprimis vv. 47 sq; nam nonne causas secundum propraetoris decretum actas esse exspectamus? Quod v. 7 repetitur *τῶν ἀνδρῶν* debetur lapicidae etiam saepius parum diligenti.

Addenda.

His ipsis diebus editum est Genethliacon Gottingense, quo in libro pp. 54 sqq. Paulus Viereck titulum C. J. G. II add. 2561b = nn. XXXV sq. dissertationis meae commentario instruxit. Quod Viereckius paene eadem invenit atque ego, gaudeo. Pauca tamen addenda mihi videntur esse. Et primum quidem fateor consulem Pisonem anni 139 me fugisse recteque Viereckium hunc in titulo commemorari affirmasse. Neque tamen concedo e verbis v. 50 *δοθείσης δὲ (κρίσεως κα)τὰ [ἑκα]τ[έ]ρας πόλεως πρότερόν τε καὶ νῦν* Viereckium recte concludere Romanos bis iudicasse, prius per Sulpicium iterum per Fabium. Nam v. 48 legimus Sulpicium bello Hierapytniorum et Itaniorum finem imposuisse, cum persuaderet Itaniis, ut et ipsi senatus iudicium adirent cf. *κατήχθησαν καί*. Certe enim Sulpicius decretum de finibus determinandis Cretam omnino non attulit, cum senatus ab Hierapytniis bello oppressis implorati maxime interesset, ut bellum quam primum finiretur. Quid? nonne decretum ad fines spectans irritum fuisset, si Itanii recusassent, ne senatui causam suam mandarent? Cum Itaniis persuasum esset, Q. Fabius illud dogma Cretam portavit cf. v. 72 sqq. Semel igitur senatus iudicavit. Itaque verba *πρότερόν τε καὶ νῦν* referenda non sunt ad duo iudicia a Romanis facta. Quo accedit quod secundum Viereckium *νῦν* de tempore praeterito dictum offensionis aliquid praeberet; certe pro *κατήχθησαν* tum exspectaremus *παρε-*

γένοντο, et belli alterius initium post Philometorem (cf. Corrigenda p. 126) mortuum erat commemorandum. Praeterea unius *κρίσεως* in hoc ipso decreto mentio fit vv. 53/54 *ἔγνωμεν ἐκ τῆς [καθ'] ἑκατέρων [δοθείσης κρίσεως*, ubi ambae *κρίσεις* commemorandae erant, si modo bis iudicatum est. Scribendum mihi videtur esse, cum e parte Viereckii coniecturas amplectar: *δοθείσης δὲ (τῆς κρίσεως τῆς κα)τὰ [ἑκα]τ[έ]ρας πόλεως καὶ τοῦ δόγματος πρότερόν τε καὶ νῦν περιέχοντος* vel *καὶ τοῦ πρότερον τε καὶ νῦν δόγματος τοῦ* (vel omisso *τοῦ*) *περιέχοντος* cf. vv. 82/83 *τὰ παρατεθέντα .... δόγματα* scil. dogma prius per Fabium Cretam portatum et alterum per Pisonem missum. — Q. Fabium, Appium Claudium v. 73 scribendum esse nego; nam locus a Viereckio allatus II Maccab. 11, 34 dissimilis est quia est epistola Romana graece versa.

Index inscriptionum

quarum aut originem aut aetatem accuratius enucleasse et quarum lacunas sanasse mihi videor.

De compendiis, quibus in afferendis libris usus sum, vide p. 6 adn. 1.

Corigenda.

p. 5	v. 5 a. f.	pro	Podesta	legendum est	*Podestá*.
„ 11	v. 1 a. i.	„	*κσ′*	„	*κϛ′*.
„ 12	v. 11 a. f.	„	Aischin.	„	Aeschin.
„ 12	adn. 7	„	ς′	„	ϛ′.
„ 13	v. 5 a. i.	„	46	„	47.
„ 14	v. 9 a. f.	„	=	„	=
„ 16	v. 2 a. i.	„	*Γ*	„	*Π*.
„ 17	v. 3 a. f.	„	*Κρηταεῖς*	„	*Κρηταιεῖς*.
„ 19	v. 11 a. f.	„	*Γ*	„	*Π*.
„ 20	v. 9 a. f.	„	*Γ*	„	*Π*.
„ 21	v. 13 a. f.	„	Philadelphi	„	Philometoris.
„ 22	v. 9 a. f.	„	Philadelphum	„	Philometorem.
„ 28	v. 15 a. f.	„	50	„	52.
„ 34	adn. 22	„	*᾿Αργέίοις*	„	*Ἀργεῖος*.
„ 65	v. 11 a. f.	„	83 sq.	„	83.
„ 69	v. 9 a. i.	„	*λ]άςοι*	„	pro ς koppa.
„ 73	adn. 46	„	exc. III	„	exc. IV.
„ 79	v. 9 a. i.	„	*πραγμάτωυ*	„	*πραγμάτων*.
„ 107	v. 6 a. i.	„	nequitea	„	nequit ea.

Vita.

Natus sum Ericus Eduardus Sonne Vismariae Id. Sept. anno h. s. LXIV patre Guilelmo, qui ante hos quindecim annos vita cessit; mater Amalia e gente John bona adhuc utitur valetudine. Fidem confiteor evangelicam. Rudimentis litterarum gymnasium oppidanum me imbuit primum patre meo, tum Theodoro Nölting rectoribus. Nunc Ludovicus Bolle gymnasio praeest. Vere anni 1883 maturitatis testimonium nactus Heidelbergam petivi medicinae studio me daturus. Adii ibi scholas Bunseni, Bütschlii, Quinckii, Pfitzeri; Rugii. Mutato consilio quattuor semestria Lipsiae audivi Curtium, Langium, Lipsium, Ribbeckium, Crusium; Overbeckium, Schreiberum; Heinzium, Arndtium; Settegastium. Per quattuor semestria interfui proseminario philologo, quod primum Lipsius, tum Crusius et Hirzelius moderabantur; idem Lipsius in societatem Graecarum antiquitatum me recepit in unum spatium semestre. Deinde Gottingae quattuor semestria commoratus audivi Sauppium, de Wilamowitzium; Kluckhohnium, Volquardsenum; Baumannum contigitque mihi, ut non modo ascriberer per tria semestria numero sodalium seminarii philologi quod floret praesidibus Sauppio de Wilamowitzio, sed ut etiam exercitationes historicas ut adirem Volquardsenus per duo semestria, Weilandius per unum concederent. Cum omnibus qui me docuerunt tum directoribus seminarii Gottingensis meritas debitasque gratias ago, prae ceteris Udalrico de Wilamowitz-Möllendorff, qui ignotum me atque imperitum indignum non habuit, quem summa benignitate reciperet adiuvaret proveheret.

Druck von C. Schaidt, Kiel.